



MARVLLI

HYMNI
ET
EPIGRA
MMATA

SOCIETAS
COLUBRIS
FLORENT-
IAE
1497










OLIN LANE MERRIAM
FIDELITY







Geo: Fred: Nott.

HYMNI ET EPIGRAMMATA MARVLLI

MICHAELIS TARCHANIOTAE MARVLLI CONSTANTINOPOLITANI EPIGRAMMATON AD LAVRENTIVM MEDICEN PETRI FRANCISCI FILIVM LIBER PRIMVS.

NTER MILLE NECES, DV
riq; incommoda Martis:
QVIS PVTET AONIAS POSSE
iuuare deas?
Hic quoq; Laure iuuãt: pq; arma enſesq; ſecũt:
Militiæ comites nec pudet eſſe meæ.
Quæq; manus ferrũ, poſito fert enſe libellos.
Et placet: & muſis eſt ſine dulce nihil.
Sed tamen his ſtudiis debetur laſſa ſenectus.
Interea certe ſudor uterq; decet.
Tu modo diuerſo gladios dũ ſtrigimus orbe:
Hoc tibi ſinceri pignus amoris habe.

AD NEAERAM.

Salue nequitiæ meæ Neęra/
Mi passercule/mi albe turturille
Meum mel/mea suauitas/meum cor/
Meum suauiolum/mei lepores.
Tene uiuere ego queam relicta?
Tene ego sine regna?te sine aurum?
Aut messes arabum uelim beatas?
O prius peream ipse/regna/& aurum.

DE NEAERA

Inuenta nuper neruum cum tenderet acrem/
  Obstupuit uisa uictus amor domina.
Sensit lęta suas uires/oculosq; retorsit
  Dum fugiat: uentis ocior ille fugit
Sed dum forte fugit/plenę cecidere pharetrę.
  Deuicti spolium quas tulit illa dei.
Induiturq; humerũ/pariterq; homiẽsq; deosq;
  Vna ferit. uictus errat inermis amor.

AD FALCONEM.

Ingrate falco/& crimen alitum omnium:
Quascunq; mollis aura subleuat solo/
Cęlumq; pennis nubila & tranant suis/
Ac regna solę/cęlitum & uident domos.
Quis te repente tantus inuasit furor?
Tam mite regis perpeti ut nolles iugum.

Qui te tam amabat, uirgo q̃ puppas ſolet.
Nondum mariti uirgo quæ ſedit ſinu:
Nec ad iugales deiicit lumen faces.
An neſciebas regias longas manus?
Inſulſe, inepte, perfide, ignaue, impie:
Cuius opera huc rex toto, & huc uagus die:
Vix nocte multa laſſulus redit domum.

AD PAVLVM TARCHANIOTEN.

Quid me Paule tuis uocibus enecas?
Non diis, non Veneri placet,
Quæ curis lachrymas mitibus ingerit.
Nec fas eſt poſito iugo,
Oblitum dominæ uiuere, & ignium:
Quem tactum ſemel improbus
Miris uerſat amor ſæuitia modis.
Tu cui maior ineſt uigor,
Et mens deſidiæ non patiens malæ,
Artes, & patrium decus
Tutanda, & titulos ſuſcipe achaicos.
Nos contra tenues, ſine
Aſſueto dominæ ſeruitio premi.
Contentos placito ſinu,
Inter nequitias, mutuaq; oſcula
Turpem caniciem pati.

MORTVI PRO PATRIA.

Tu quicũq; / uirum uacuo tot milia in atuo
  Cernis / ab hirſutis dilacerãda feris:
Deſine mirari / patrii eſt hoc moris / honeſtam
  Pugnando mortem quærere / nõ tumulum.

AD ANTONIVM PRINCIPEM SALERNITANVM.

Quærite Mȩoniden muſæ: redit alter Achilles.
  Quærite Peliden: Meonides remeat.
Hic erit / & magnum referat qui ſolus Homerũ:
  Et renouet Phthii fortia facta ducis.
Vos modo felices annos / & candida uitæ
  Tempora / tam raris dotibus apta date.

EPITAPH. THEODORI GAZAE.

Hic Gazes iacet / & gazȩ ſophia addita mater.
  Alterutrũ quoniã mors rapere / haud potuit.

AD FRANCISCVM SCALAM

Scala delicium tui Marulli /
Et ueri columen / decuſq; amoris:
Quis te / quis deus huc uenire iuſſit?
Solatum ad ueterem tuum ſodalem.
Qui ſolus calabris miſellus oris /
Eiectus patria / ſodalibuſq; /
Vni qui mala patriæ leuabant:
Flendo tempora conterit maligna.

O diem nitidum. quis huc/quis inquam
Venturum mihi Scala te putaret?
Venisti tamen o amice: nec te
Tam longæ labor est uiæ moratus.
En cape oscula tam diu cupita:
Amplexus cape tam diu negatos:
Fruamur pariter die beato.
Qui scis crastina quid minetur hora?

AD MAXIMILIANVM
CAESAREM.

Si quis opum largus: si quis uirtutis alũnus:
Si quis sinceræ cultor amicitiæ:
Si quisq̃ dubia fati sublimior aura:
Si quis fortunam qui facit ipse sibi:
Si quis marte ferox: si quis post arma benignus:
Si quis qui quod habet/ hoc habet ille bonis:
Si quis possessor fidei / probitatis/honesti:
Ne uiuam / si non tu mihi Cæsar hic es.

DIDO IN ANVLO

Tu qui me casusq; meos in imagine parua
Aspicis / & digito tristia fata refers:
Vera hæc effigies/nex uera est hospes Elissæ:
Sed non uera necis causa / pudẽdus amor.
Nec mihi Phryx nocuit: nec. n. phryga nouimus ul
Cura sed antiqui casta tenaxq; tori. // lũ:

Quam ne coniugio libyci uiolare tyranni
Cogerer: hac cecidi fortiter usa manu.
At uos o uates si sunt hæc præmia laudi:
Quæ feret incesti fęmina adulterii?

AD ANTONIVM PRINCIPEM SALER.

Das gēmas aurūq;: ego do tibi carmina tantū.
Sed bona si fuerint carmina, plus ego do.

AD NEAERAM

Sic me blanda tui Neęra ocelli,
Sic candentia colla, sic patens frons,
Sic pares minio genæ perurunt,
Ex quo uisa mihi, & simul cupita es:
Vt ni me lachrymæ rigent perennes,
Totus in tenues eam fauillas.
Sic rursum lachrymæ rigant perennes,
Ex quo uisa mihi & simul cupita es:
Vt ni blanda tui Neęra ocelli,
Ni candentia colla, ni patens frons,
Ni pares minio genæ perurant:
Totus in riguos eam liquores.
O uitam miseram, & cito caducam.

EPI. GER. CAESARIS

Parce hospes tumulo: Cęsar Germanicus hic sū.
Sæpe etiam ignotis ipse dedi requiem.

Quod si quẽ rituli nihil huius gratia tangit:
At moueat patria fraude / quod hic iaceo.
Sed iaceo quãuis nõ uitę / at plenus honorum.
Hoc uno ingratus ꝙ genui patriæ.
Testata est mores lachrymis plebesqꝫ / patresqꝫ.
Hæc sunt sinceri iudicia ingenii.

EPI. VITVLI ET ASELLAE

Merenda uitulus / atqꝫ asella coniuges:
Qui morte pręuenti mala / nec ille bos:
Nec illa quiuit emori asina: hoc ex suis
Sibi bonis sumpsere quod uides soli.

DE POETIS LATINIS

Amor / Tibullo. Mars / tibi Maro debet.
Terentio / soccus leuis.
Coturnus / olim nemini satis multum.
Horatio / satyra & chelys.
Natura magni uersibus Lucretii
Lepore Musęo illitis.
Epigramma cultũ / teste Rhallo adhuc nulli.
Docto Catullo / syllabæ.
Hos si quis inter cęteros locat uates:
Onerat / q̃ honorat uerius.

IN MANCINVM

Effigiem quæris / nec uis Mancine poetam.
Quid? nisi ꝙ comedit nil statua: hic comedit.

AD NEAERAM.

Sic iſtos oculos tuos Neęra
Auertis/quoties perire me uis:
Tanq̄ perdere non queas tuendo.
Sed tu ne peream times beatus.
Ne time. ha miſer ha miſer peribo.
Sed hoc tam miſerum (ut putas) perire:
Tuo ſeruitio magis beatum eſt.

DE NAPE.

Qđ Sappho aoniis decima ē ſoror addita muſis/
Inter pieridas negligit eſſe Nape.
Miraturq; pati ſcelus hoc cęleſtia corda:
Et ſanctum impuro carmine nectar emi.
Vſq; adeo ne intacta Nape?nil ſpurtius imo eſt.
Sed certe uati filiola obiicitur.

EPI. FRANCISCI SFORTIAE

Si genus audieris/ſpernes: mirabere geſta.
Illud fortunæ eſt: hoc opus ingenii.

AD NEAERAM.

Has uiolas/atq; hæc tibi candida lilia mitto.
Legi hodie uiolas/candida lilia heri.
Lilia/ ut inſtantis monearis uirgo ſenectæ:
Tam cito quę lapſis marcida ſunt foliis.
Illæ/ ut uere ſuo doceant uer carpere uitæ:
Inuida quod miſeris tam breue parca dedit.

Q͞d sitarda uenis, nõ uer breue, nõ uiolas: sed
(Proh facinus) sentes cana, rubosq; metes.

DE MORTE IANI FRATRIS

Per scythiam, bessosq; feros, per tela, p hostes
Ripheo uenio tristis ab usq; gelu:
Scilicet exequias tibi producturus inanes:
Fraternis unus ne careas lachrymis:
Teq; peregrina frater tellure iacentem,
Et tua sparsurus fletibus ossa meis.
Quãdoquidẽ post tot casus patriæq; domusq;:
(Tanquã hoc exempto nil nocuisset adhuc)
Te quoq; sors inuisa mihi dulcissime frater
Abstulit: elysium misit & ante diem.
Ne foret aut fletus qui solaretur acerbos:
Iungeret aut lachrymis fratris, & ipse suas.
Heu miserãde puer quæ te mihi fata tulerunt?
Cui miseram linquis frater adempte domũ?
Tu mea post patriam turbasti pectora solus.
Omnia sunt tecum uota sepulta mea.
Omnia tecũ una tumulo condũtur in isto.
Frater abest: fratrem quæso uenire iube.
Cur sine me elysia felix spatiare sub umbra?
Inter honoratos nobilis umbra patres.
Occurrunt graiiq; ataui, proauiq; latini.
Frater abest: fratrem quæso uenire iube.

AD NEAERAM.

Sic istos oculos tuos Neęra
Auertis/quoties perire me uis:
Tanq̃ perdere non queas tuendo.
Sed tu ne peream times beatus.
Ne time. ha miser ha miser peribo.
Sed hoc tam miserum (ut putas) perire:
Tuo seruitio magis beatum est.

DE NAPE.

Qđ Sappho aoniis decima ē soror addita musis/
Inter pieridas negligit esse Nape.
Miraturq; pati scelus hoc cęlestia corda:
Et sanctum impuro carmine nectar emi.
Vsq; adeo ne intacta Nape? nil spurtius imo est.
Sed certe uati filiola obiicitur.

EPI. FRANCISCI SFORTIAE

Si genus audieris/spernes: mirabere gesta.
Illud fortunæ est: hoc opus ingenii.

AD NEAERAM.

Has uiolas/atq; hæc tibi candida lilia mitto.
Legi hodie uiolas/candida lilia heri.
Lilia/ut instantis monearis uirgo senectæ:
Tam cito quę lapsis marcida sunt foliis.
Illæ/ut uere suo doceant uer carpere uitæ:
Inuida quod miseris tam breue parca dedit.

Qđ sitarda uenis / nõ uer breue / nõ uiolas : sed
(Proh facinus) sentes cana / rubosq; metes.
DE MORTE IANI FRATRIS
Per scythiam / bessosq; feros / per tela / ꝑ hostes
Ripheo uenio tristis ab usq; gelu:
Scilicet exequias tibi producturus inanes:
Fraternis unus ne careas lachrymis:
Teq; peregrina frater tellure iacentem /
Et tua sparsurus fletibus ossa meis.
Quãdoquidẽ post tot casus patriæq; domusq;:
(Tanquã hoc exempto nil nocuisset adhuc)
Te quoq; sors inuisa mihi dulcissime frater
Abstulit: elysium misit & ante diem.
Ne foret aut fletus qui solaretur acerbos:
Iungeret aut lachrymis fratris / & ipse suas.
Heu miserãde puer quæ te mihi fata tulerunt?
Cui miseram linquis frater adempte domũ?
Tu mea post patriam turbasti pectora solus.
Omnia sunt tecum uota sepulta mea.
Omnia tecũ una tumulo condũtur in isto.
Frater abest: fratrem quæso uenire iube.
Cur sine me elysia felix spatiare sub umbra?
Inter honoratos nobilis umbra patres.
Occurrunt graiiq; ataui / proauiq; latini.
Frater abest: fratrem quæso uenire iube.

Hic tibi pallentis uiolas legit / alter amomũ /
Narcissum hic / uernas porrigit ille rosas.
Attolluntq; solo: carisq; amplexibus hęrent.
Frater abest: fratrem quęso uenire iube.
Interea quoniam sic fata inimica tulerunt:
Nec mihi te licuit posse cadente mori:
Accipe quos habeo lugubria munera fletus.
Aeternumq; meę frater aue lachrymæ.

AD LAVR. PETRI FRANCISCI

Quod solus bone Laure adamas / ornasq; poetas
Nil mirum est: solus carmine digna facis.

EPITHAPHIVM DEIPHYLES

Deiphyle iacet hic / prima intercepta iuuenta:
Et sęcli & sexus gloria rara sui.
Quæ dum uita fuit / supos ipsumq; tonantem
Torserat: inferno nunc mouet arma Ioui.

AD ACCIVM SINCERVM.

Acci non ego tela / non ego enses /
Non incendia / pestilentias ue /
Non minas uereor ferociorum /
Non hymbres / mare / turbines / procellas /
Non quæcunq; aliis solent nocere /
Quæ cuncta unius æstimamus assis.
Verum tristius his malum / puella est:
Quæ me cum libuit potest necare.

DE LEVCOTHOE.

Odit Leucothoe.ſed quo plus odit/ego illam
Plus pereo.quid ſi non ita acerba foret?
Blanda minus poterat.hoc in me callida uidit
Et fugit:inuitam quo magis ipſe uelim.

EPI. MICHAELIS TARCHANIOTAE AVI MATERNI

Parce hoſpes:cinereſq; pios ne lęde profanus.
Si neſcis/caſtis hęc loca ſola patent.
Nec te priuata moueat q claudor in urna.
Hęc quoq; fortunę/non mea cura fuit.
Longe hoſpes/lōge tamē erras:ſi mea credis
Nomina/in exiguo tota repoſta ſolo.
Quęq; tot ob patriā pugnādo uulnera paſſus:
In cineres mecum uerſa abiiſſe leues.
Atq; utinā ob patriam tātū:nec dicerer hoſpes
Cum patria/& natis oppetiiſſe tribus.
Quos ego ſuprema comites hortatus in hora:
Vincere dum nequeo/cum patria perii.

AD NEAERAM.

Rogas quæ mea uita ſit Neæra.
Qualem ſcilicet ipſa das amanti eſt.
Infelix/miſera/inquies/moleſta.
Aut ſi triſte magis poteſt quid eſſe.
Hæc eſt quam mihi das Neęra uitam.

Qui dicis comites? dolor/querelæ/
Lamentatio/lachrymæ perennes/
Langor/anxietas/amaritudo
Aut si triste magis potest quid esse.
Hos tu das comites Neęra uitæ.

DE ANT. PRINCIPE SAL.

Olim rogatus quid sibi relinqueret
Tam multa qui cuiuis daret:
Hoc inquit ipsum Antonius si quid dedi.
Nam cætera haud puto mea.

DE XYSTO.

Senserat ausoniam uix dũ bene fędere iungi:
Cum perii Xystus dixit/ & interiit.

DE THRASYBVLO

Cum fugeret ciuem ciuis deuictus ut hostem:
In patriam sceleris conscius ipse sui.
State uiri/ Thrasybulus ait uictoria uestra est.
Nec mihi/ sed uobis uicimus & patriæ.
Dixit/ per mediosq; ruens ensesq;/ uirosq;/
Parcendum passim ciuibus ingeminat.

AD ANTONIVM PETRVCIVM.

Qui fit Petruti ut si quis est mihi uisus/
Si quem saluto/ si cui manum porsi/
Caput ue moui: protinus mare/ & montes:
Aut si quid usq̃ est impudentius iactent.

Et se patronos offerant uel inuito.
Iidem rogati certa postulat cum res,
Mirantur unde tam audiãt nouum nomen.
Nec iam Marullum, uerba nec sua agnoscunt.
Homines crepitui q̃ simillimi uentris.
Pontanus illos ut meus bene appellat.
Tu solus a me cultus unice quicq̃
Nec polliceris, uana nec mihi iactas.
At cum uidetur postulare res, ultro
Imples parentis munus. atq; agis mecum
Non ut patronum, sed pium ut decet patrem.
Nimirum amasq; solus, & tibi constas.

EPITHAPHIVM
ALBINAE.

Hic Albina iacet. sed non tamen hic iacet una
Albina: hoc Veneris non tulit ipse puer.
Sed tela, atq; arcus, pharetręq; cupidinis arma:
Quiq; fuit mollis semper in ore decor.
Spargite humũ foliis: uerno nec parcite flori.
Hæc quoq; quæ cinis ẽ, flos mõ uernus erat.

IN SVPERBIENTEM.

Cum felix, regnoq; potens uideare paterno,
Inq; dies crescat gloria honorq; magis,
Nec tua maiorum titulis concedat imago,
Et facile ex animo sit tibi cuncta fore.

Fastidire tamen uictos miserosq; caueto.
Et tua fortunæ regna minora puta.

AD ALEXANDRVM CORTESIVM

Commendo tibi Cortesi Soauum
Ipsum non secus ac tuum Marullum.
Namq; est nobilis atq; litteratus
Et nisi manifesta pernegamus
Vrbanus/facilis/uenustulusq;.
Si me diligis(ut facis)Soauum
Ipsum dilige/ama/foue/adiuuaq;.
Dignus est(mihi credito)Soauus
Et sodalitio tuo/& fauore.

EPITHAPHIVM
SIMONETTE VESPVTIAE

Si lachrymis decorãda nouis generosa puella ẽ:
Hæc una est lachrymis condecoranda nouis.
Sin deflere nefas tam raræ funera uitæ:
Hæc eadem siccis una adeunda genis.

DE SVO AMORE

Iactor/dispeo/crucior/trahor huc miser atq; huc/
Ipse ego iam quis sim nescio/aut ubi sim.
Tot simul ĩsidiis premor ũdiq;.proh dolor/ĩ me
Sęuitiæ cypris dat documenta suæ.
Sęuitiæ documẽta suæ dat: ego hanc tamẽ unam
Depereo.utq; nocet/sic libet usq; sequi.

Qua si quis miserum solã me liberet horam:
Hic mihi sit phębo doctior & melior.

DE AMORE ET MERCVRIO

Forte Ioui dum iactat amor sua tela / deorum
Nuncius ex humero surripuit pharetram.
Sensit amor fraudes / & me ne ignaue lacessis?
Cuius ait mentem surripui totiẽs.

EPITHAPHIVM PHILIPPI MA RVLLI AVI PATERNI.

Siste hospes / atq; hæc uerba si placet / lege.
Neq; enim rogamus nisi lubentẽ quẽpiam.
Ego Philippus hic Marullus contegor.
Posuit superstes filius Manilius /
Vxorq; Thomae. hoc satis. cętera alii.
De se Marullo proloqui ulterius nefas.

IN POSTHVMVM

Scribis / agis / recitas sẽp noua posthume: qd ni?
Posthume crede mihi quicqd agis / nouus es.

AD MARTIAM BOCONTIAM

Cum sit acidaliæ facies / artesq; Mineruæ /
Et latonigenæ pectora casta deæ.
Cur tibi Mars tribuit spetiosum Martia nomen?
An contra ꝙ me tam fera bella facis?
Bella facis: faciasq; licet / tibi dedita seruit
Mens tamen: & duros seruiet ad cineres.

Qđ si quis misero post funera sensus amori est:
Tunc quoq; amet uultus ossea forma tuos.

EPITHAPHIVM PHOLOES

Hic choreæ, cantusq; iacent, Veneresq;, iociq;.
Vnius neq;.n. est hic tumulus Pholoes.
Nam simulac decimũ necdũ bene uenit ad annũ,
Protinus & raris annumerata fuit:
Mille illam petiere proci. sed mille repulsis,
Maluit in uiduo casta iacere toro.
Tędarumq; expers sine coniuge degere uitam:
Libera perpetuo nec dare colla iugo.
Atq; ita reste breui, uelo q; ornata sacerdos
Virgineos intrat non diuturna focos.
Risit amor Claralé habitum, mentéq; puellæ:
Et leuiter, nostra est hæc quoq; miles ait.
Nec longũ, ardet inops mẽtis: uictas q; perosa,
Sedit sub męnni conspicienda cauis.
Et tamẽ antiquusq; rigor, & nescia amorum
Rusticitas, animo pristina ut ante fuit.
Non illam rixæ, nõ lęnia murmura amantũ
Iuuerunt: medio non uaga lingua ioco.
Non partes egit ue suas: lassataq; sæpe
Immoto miserum corpore cępit onus.
Donec rugosa uultus mutante senecta,
Vilis amatori uisa grauisq; suo est.

Tum demũ faciem, & formæ mala dãna caducæ
Conqueri: & auxilium quærere ab arte nouũ.
Et modo cõpositum blanda latus arte mouere:
Sæpe iocis tardos sollicitare uiros.
Nunc pariter digitisq; loqui, nutuq; fideli:
Verbaq; de tacitis mutua ferre notis.
Interdum insano Veneris cogente furore,
Cum iam flamma tegi non satis apta foret:
Dulcia concentu modulari carmina blando:
Et placida captos ducere ab arte animos.
Aut matronalem uerbis mollire rigorem:
Et precibus castas sollicitare nurus.
Aut iam mutatos animis coniungere amantes:
Duraq; mellita flectere corda prece.
Quæ dum dulcis anus curat (proh tristia fata:)
Ante diem nigrum p styga fecit iter.
Flens tamen, ut flentes se circũspexit amicos,
Tot defecturo iam dedit ore sonos.
Erripior, sed uos dum lux breuis ista, cauete
Ne quis iners uitæ tempus abire sinat.
Dixit: & in tenues mens ægra euanuit auras,
Fleuerunt charites funera, fleuit amor.
Vade anus egregia, tibi uer, tibi cinama surgant.
Et crescat tumulo spica cilissa tuo.

DE VENERE ET VVLCANO.

Męſta Venus rapti caſum plorabat Adonis:
Factaq; fulminei uulnera dente ſuis.
Senſit, & indignãs quid fles dea? mulciber inq̃t.
Non habet in Martem ius, uiolentus aper.

AD ACCIVM SINCERVM.

Miraris Acci cur tacet Linus patrem.
Mater Nape non prodidit.

AD AVITAM.

Quid fruſtra totiẽs necas rogando,
Nec firmum tibi auita, nec fidelem?
Contentum ſolito perire amore.
Non ſum cui placeant ſimul trecentæ.
Non ego cupio hanc, & hanc, & illam:
Primus ardor & ultimus Neæra eſt.
Tu ſi quid tibi auita cordis uſq̃ eſt:
Si me audis: eadem roga uolentem,
Optantemq;. libet rogare quando.
Nos uri ſine mutuis fauillis.
Nam miſerrimum amare non amantem eſt.

AD ANTO. PRINC. SALER.

Quod regni, ꝙ opum, largi ꝙ nominis hæres:
Fortunæ Antoni non leue munus habes.
At ꝙ perpetui cultor generoſus honeſti es:
Ingenuo debes quicquid id ingenio.

DE IA. QVARTO APPIANO.

Quartum rogabam Leucophęam mutuam:
Donauit ille Coccina.
Non inq̃ adeo beatus eſt uates tuus.
Nec tam ipſe reſpondit miſer.
At cur rogaui quam daret/non crederet.
Quod nec dii ait/credant mihi.
O digna quarte uox tuis uirtutibus/
Notanda cunctis ſæculis.
Qui uim deorum principes ſequi mones:
Quorum uicem inter nos gerunt.

CONSOLATIO AD ANDREAM MATTHEVM AQVAVIVIVM DE MORTE IVLII PATRIS.

Nuncia fama patris ad nos puenit adempti:
Protinus & lachrymas uiſa nouare meas.
Nec tua tam fateor/q̃ me mala publica tangunt.
Et ſubit heſperii flenda ruina ſoli.
Occidit Auſonidum uir nulli laude ſecundus:
Siue uelis belli/ſeu magis arte togæ.
Ille dies primum metuendos reddidit hoſtes:
Et cecidit latiæ gloria militiæ.
Vidi ego confuſas peditũq; equitumq; cateruas
Rorantes oculos uix bene tollere humo.
Et modo militiam/modo deplorare latinum
Nomen: & erepti iura/fidemq; ducis.

Et uoluisse mori: nec te fortissime Iuli
Amisso, uilem continuisse animam.
Quid tibi nūc tot pulsi hostes: tot mœnia ꝑsunt
Diruta? quid titulis fulcta supba domus?
Quid ligurum deuictæ acies? quid gallica signa?
Partaq; pugnaci gloria rara manu?
Nō minus infestos medius deprehēsus ī hostes,
Dum tibi turpe putas cædere mille uiris,
Occidis: heu titulis sæui accessurus Achumi.
Me miserum quantum nex dedit una mali.
At pia pro patria, pro diis, arisq; tuendis,
Indueras latium dux caput arma tibi.
Vltoresq; deos iurata in bella trahebas:
Si modo sunt curæ iusq; piumq; deis.
Sed neq; fas, neq; iura deos mortalia tangunt.
Et rapit arbitrio sors fera cuncta suo.
Nam quid prisca fides iuuit, pietasq; pelasgos?
Nempe iacent nullo damna leuante deo.
Aspice Byzanti quondam gratissima diuis
Mœnia: Romanæ nobile gentis opus.
Hę quoq; iam pridē hostili data præda furori ē:
Solaq; de tanta gloria gente manet.
Viuit honos, uiuunt benefacta, uirūq; labores.
Et fugit hostiles fama, decusq; rogos.
Sic tua longinquum late diffusa p æuum.

Nomina/p gentes fama loquetur anus:
Certatimq; canent docti tua gesta poetæ:
Factaq; erunt populis/dictaq; nota tua.
Hic uerus uirtutis honos: hæc digna laborum
Præmia: magnanimis iure petenda uiris.
Parcite præclarum funus uiolare querendo.
Hostibus eueniant funera lenta meis.
Hostibus eueniat molli tabescere lecto:
Amplexus inter fœmineosq; mori.
Arma uiros/cædesq; decent. quid tẽpora uitæ/
Natalesq; uiri cõnumerare iuuat?
Sat uixit/si quem uitæ non pœnitet actæ.
Laudibus & fama longa petenda dies.
Nil magis est certum summa mortalibus hora.
Serius/aut citius una terenda uia est.
Quid fraudare iuuat momento tẽporis æuum?
Sera licet/nunquã est sera/futura dies.
Optima pars uitæ supremo ex funere pendet.
Felix cuicunq; est fas bene posse mori.
Quod si quis casusq; hominum/seriemq; laborũ
Cogitet: & uitæ tot mala damna breuis:
Iam primos mecũ ille ortus/non ultima flenda
Tempora/mortali sentiet esse uiro.
Debita naturæ mors est. quid pectora planctu
Concutis? Inuidiam parce mouere deis.

Parce precor Matthæe / modũq; impone dolori.
Ingenium luctus dedecet iste tuum.
At non sic Tynichusq; senex / spartanaq; natũ
Fleuit. eris molli mollior ipse nuru?
Si tibi consultũ non is: at cõsule fratri:
Consule amicitiis: coniugioq; tuo.
Aspice qui populi: quis te circũspicit ordo:
Imposita est humeris sarcina quãta tuis.
Sume animos: nec te uęsano trade dolori.
Et populis tandẽ da sua iura tuis.
Da populis sua iura tuis: terrisq; beatus
Viue diu. meruit quæ pater / astra tenet.

AD NEAERAM

Non tot Attica mella / lictus algas /
Montes robora / uer habet colores:
Non tot tristis hyems riget pruinis /
Autunnus grauidis tumet racemis:
Non tot spicula medicis pharetris:
Non tot signa micant tacente nocte:
Non tot æquora piscibus natantur:
Non aer tot aues habet serenus:
Non tot oceano mouentur undæ:
Non tantus numerus libyssæ arenæ:
Quot suspiria: quot Neęra / pro te
Vęsanos patior die dolores.

DE EVPHROSYNEA

Quicq̄d agit/ueneres agit Euphroſynea. ſed hæ
Diſpereā ſi nō diſperimūt ueneres. //me
Nam quotiens uideo / totiēs & pectus / & ipſum
Cor ſilet: & totus deficio ac pereo.

AD GEMMAM

Qui dedit Aiaci / Theſidæ / Proteſilao:
Ille dedit nomen lucida gemma tibi.
Nam neq; fulgidior / neq; te formoſior ulla eſt:
Quæq; hominū poſſit corda mouere magis.
Iure igitur gemma es. q̄p ſi tibi diſplicet illud /
Dum dea: uel Pallas / uel magis eſto Venus.

EPITHAPHIVM
EVPHROSYNES TARCHA
NIOTAE MATRIS.

Quæ nā hoc ī tumulo tegit̄ matrona? uenuſtas.
Ille pudicitiam dixerat. hæc eadem eſt.
Qđ genus? Inachidi. generis fortuna? beata:
Sed cecidit patria deficiente ſua.
Quis torus? unus / & hic felix ſine lite / Marulli.
An mater? ſeno pignore fecit auum.
Quæ uita? ī tenebris. quæ cauſa īdigna doloris?
Occaſus / patriæ ſeruitiumq; graue.
Ecquē cum patria luxit? fratreſq; / patrēq;:
Sed quas felices diceret eſſe animas.

Felices nimirũ animæ.ſed.n.hæc quoq; felix,
Fęmina tam rari pectoris in patriam.

DE NEAERA

Viderat intactã nuper Venus alma Neęram:
Et puero ceſſant quid tua ſpicula ait?
Cui deus humẽtes lachrymis deiectus ocellos,
Spicula ait mater quæ tenet illa refers.

AD SODALES

Laure, compater, Altili, Eliſi, Eli,
Parde, Phoſphore, Rhalle, Zenobi, Acci,
Pontane, unanimi mei ſodales.
Quã bene eſt mihi cum mea Thalia:
Quã mecũ bene rurſus eſt Thaliæ.
Ambo dulciculi: uenuſtuli ambo:
Ambo luſibus erudituli iiſdem:
Iiſdem moribus educatuli ambo:
Fortunæ pariter malignæ uterq;
Quã neuter tamen æſtimat caballi.
Vt qui me uidet, hanc putet uidere.

AD MANILIVM RHALLVM

Fęnerat, & leuis Endymion tibi Rhalle uidetur.
Crede mihi nimis eſt hic homo Rhalle grauis.

DE MNESTHEO.

Matrem rogatus faceret, an patrẽ pluris:
Iphicrate ſatus nobili.

Matrem inquit. hæc enĩ atticũ ædidit: græcus
Quẽ uoluerat Thracem pater.

EPITHAPHIVM
L. CRASSI NEAPO
LITANI.

Lustrabas dum uita fuit uagus aduena terras.
Scilicet antiquæ Crasse memor patriæ.
Nũc functus uitaq; / hominũq; laboribus ægris /
Protinus in ueram rursus abis patriam.

AD NEAERAM

Iuraui fore me tuum perẽne /
Per me: per caput hoc: per hos ocellos /
Qui te disperiere contuendo:
Per quod plurima cor tulit dolenda.
Hæc inquis mea sunt. tua ista sunto.
At certe lachrymæ meę Neęra:
Quas iuro fore me tuum perẽne.

DE AMORE

Quis puer hic? Veneris. plenæ quę cã pharetrę ẽ?
Nõ bene prouisus certa q̃ arma mouet.
Cur sine ueste deus? simplex puer odit opertũ.
Vnde puer? pueros q̃ facit ipse senes.
Quis pẽnas humeris dedit? incõstãtia. quare
Nulla deo frons est? signa inimica fugit.
Quæ sors eripuit lucẽ? imoderata libido.

Cur macies?uigilis cura/dolorq; facit.
Quis cæcum præit?ebrietas/sopor/ocia/luxus.
Qui comites?rixæ/bella/odia/obprobriũ.
Qui cælo dignati?hoĩes.quæ causa coegit?
Mitior auctore est credita culpa deo.
Heu curuum genus/& ueri corda inscia.quo ius
Fasq;?scelus miseri si scelere abluimus.

DE NEAERA.

Mutatum uisa Phorcinide credite Phineum.
Res antiqua/tamen teste ꝓbata suo est.
Nec iam uana putet ueterum miracula quisq̃:
Ipse ego conspecta cum rigeam domina.
Mens tamen/& ueteris remanẽt incendia mentis.
Sic etiam Niobe flet lapis in Sipylo.

AD NEAERAM.

Puella mure dilicatior Scytha:
Folii ue serici comis:
Vel educata rure pestano rosa:
Vel anseris plumma leui.
Eademq; duris dura cautibus magis/
Quas tundit hybernum mare:
Cum nubilosis aphricus pennis grauis/
Sæuit ligustico sinu.
Remitte cor si quis pudor mihi meum/
Quod mille cepisti dolis.

Dum nunc ocello dulce ſubrides nigro/
Nunc fronte ſpem certa facis.
Quod nunc habes in uinculis quaſi ſyrum/
Aut comparatum ſarmatam.
Verum remitte dura non ultra tuum:
Iam enim rogat melior ſibi.
Quæ nos ocellis diligit ſuis magis:
Neq; hoc / neq; illud imputat.
An tu putabas ſcilicet firmum tibi /
Tot barbare affectum modis?
Quanquã beati centies / & amplius:
Si quos tenaci compede:
Quæ prima uix dum puberes iunxit fides:
Eadem extulit pios ſenes.

AD QVINTILIANVM.

Qđ nimium caſtus liber eſt / nimiũq; pudicus
Diſplicet: ingenium Quintiliane ꝓbas.
Gratulor ingenio quãtũ ſinis. heus age / ſed dic:
Cur tibi non adeo carmina caſta placent?
Caſta placẽt Phębo / caſtiſſima turba ſororũ eſt.
Caſta pios uates Pieriosq; decent.
Nos quoq; caſta mouẽt: q̃uis diſtamus ab illis:
Et uetat ingenuus uerba inhoneſta pudor.
Tu licet huc Marſumq; feras / doctũq; Catullũ:
Et quoſcunq; alios martia Roma legit.
Non tamẽ efficies / ut phrynæ ſcribere malim:

Quã tibi, uel turbæ Laodamia tuæ.
Et tamen hæc possũt Phrynæ quoq; grata uideri.
Illa, nisi Phrynę displicitura palam est.
Sit procul a nobis obscęna licẽtia scripti.
Ludimus innocuæ carmina mẽtis opus.
Vtq; nec arma uirum, nec magni orientia cæli
Signa, nec immensũ mũdi aperimus opus.
Quid pluat, unde hoĩes, quæ uis maria ĩficit alta:
An deus, an manes, an flegethõtis aquæ.
Sic iuuat in tenui, legẽ seruare pudori.
Et quæ non facimus dicere facta, pudet.
Sit satis auratos crines laudare Neęræ.
Sit satis in duram multa queri dominã.
Et facere iratũ sæuo conuitia amori,
Nec nisi de scythica credere rupe satum.
Cętera Thespiadum ꝓhibet chorus. hęc ego: phębus
Annuit: & sãctis ora rigauit aquis

AD MANILIVM RHALLVM.

Non uides uerno uariata flore
Tecta? non postes uiola reuinctos?
Stat coronatis uiridis iuuentus
Mixta puellis.
Concinunt maias pueri kalendas:
Concinunt senes bene feriati.
Omnis exultat locus, omnis ætas
Læta renidet.

Ipſe reiectis humero capillis/
  Candet in palla crocea Cupido.
  Acer & plena iaculis pharetra/
  Acer & arcu.
Et modo huc circũuolitans/& illuc
  Nectit optatas iuuenum choreas.
  Artibus notis alimenta primo
  Dum parat igni.
Nunc puellaris medius cateruæ
  Illius flauum caput/illiusq;
  Comit/& uultus:oculisq; lętum
  Addit honorem.
Mitte uęſanos bone Rhalle queſtus.
  Iam ſat indultum patriæ ruinæ eſt.
  Nunc uocat luſus/poſitisq; curis
  Blanda uoluptas.
Quid dies omnis miſeri querendo
  Perdimus dati breue tempus æui?
  Sat mala lęti quoq; ſorte/cælum hoc
  Hauſimus olim.
Profer huc cadum puer Hyle trimum
  Cedat & męror procul/& dolores.
  Tota nimirum Genio mihiq;
  Fulxerit hæc lux.

Finis Primi Libri.

MICHAELIS TARCHANIOTAE Marulli Constantinopolitani Epigrammaton ad Laurentium Medicen Petri Francisci Filium Liber SECVNDVS

VM TOT VASa, aurum, uestes fortuna ministret:
Hęc dare Laure tibi maxima stultitia est.
Cur igitur uati dices, mea carmina mitto.
Nempe dare est aliud, & celebrare aliud.

AD NEAERAM

Ignitos quotiens tuos ocellos
In me uita moues: repente qualis
Cæra defluit impotente flamma,
Aut nix uere nouo calente sole,
Totis artubus effluo: nec ulla
Pars nostri subitis uacat fauillis.
Tum qualis tenerum caput reflectens
Succumbit rosa uerna, liliumue:
Quod dono cupidæ datum puellæ
Furtiuis latuit diu papillis:
Ad terram genibus feror remissis.
Nec mens est mihi, nec color superstes.
Et iam nox oculis oberrat atra.

Donec uix gelida refectus unda,
Vt quod uulturio iecur resurgit,
Assuetis redeam ignibus cremandus.

DE PASIPHAE.

Cum male formosum sequeretur in auia taurũ:
Sic Venerem contra Cnosia questa ferã est.
Si mihi bos fuerat dea uir te dante futurus:
Cur non insanæ Prætidos ora dabas?

AD NEAERAM.

Suauiolum inuitæ rapio dum casta Neęra,
Imprudens uestris liqui animam in labiis.
Exanimusq; diu: cũ nec p se ipsa rediret,
Et mora lethalis quantũlacũq; foret:
Misi cor quæsitũ animam. sed cor quoq; blandis
Captum oculis, nunquam deinde mihi rediit.
Quod nisi suauiolo, flammã quoq; casta Neęra
Hausissem, quæ me sustinet exanimum:
Ille dies misero mihi crede supremus amanti
Luxisset: rapui cum tibi suauiolum.

DE MAXIMILIANO CAESARE.

Rex legum, iurisq; dator, placidæq; quietis
Cęperat hostili pcitus arma dolo:
Iamq; truces bello Morinos concusserat acri:
Et dederat famulas Tabula uictus aquas.

Cum ſubito fractoſq; animi / ueniamq; precãtes:
Non tulit ulterius mens generoſa uiri.
Inq; fidem / & ueteris accepit fędera pacis.
Nil ultra uictus quod dare poſſet erat.
Quærenti hoſtilem gentem cur pdere nollet.
Retulit: ut uictis parcere ſæpe queam.

DE FORTITVDINE LACAENAE.

Mater Lacęna conſpicata filium /
Relicta inermem parmula:
Progreſſa contra / traiicit ferro latus:
Sup necatum his increpans.
Abi hinc / morere / non digna me proles: abi
Mentite patriam & genus.

EPITHAPHIVM AVRAE.

Quænã hęc põpa? Aurę. qs circũ plãctus? amorũ.
Quæ tam lugubri ueſte adopta? charis.
Vnde rogus? fracti ſtruxere Cupidinis arcus.
Quis ſimul indigno qui iacet igne? decor.
Heu ſortẽ miſerandã hoĩum. quo faſtus inanis?
Delitias æui tam breuis hora tulit.

AD NEAERAM.

Quo te depereo magis magisq;:
Odiſti magis / & magis Neęra.
Nec te noſter amor mouet / preceſq;.
Nec uides fieri tuo periclo /

Quam necem mihi scilicet minaris.
Non/non sum meus amplius Neęra.
Vt iam disperam tuus peribo.

AD ANTONIVM PRINCI
PEM SALER.

Tanta tua est ꝓbitas / cor / uirtus / gratia formæ:
Vt credam Curium / Nestora / Achillea / Hylã.
Nec tamẽ aut Curius qđ tu / nec Nestor / Hylas ue
Quiq; suis uictor Hectora traxit equis. //est.
Sic modo par unus cunctis: ex omnibus unum
Non potes (ut cupias) deligere ipse parem.

AD POSTHVMVM.

Et sapiens / & amans uis idem Posthume haberi.
Posthume uis idem disipere / & sape.

EPITATH. ROBERTI SANTOSE
VERINI PRINCIPIS SALER.

Tu ne hic Roberte es? te ne hæc tegit urna sepul
An tantũ fatis de te etiam licuit? //tum?
Tecum arma / & paces: tecum splendorq; / decusq;
Spesq; iacent / regni præsidiumq; tui.
At non & tecum fama est: quæ plurima ubiq;
Viuit: & ex ipso funere maior adest.
Scilicet hæc una est laudum mensura tuarum.
Par tibi / par meritis sola repta tuis.

AD NEAERAM.

Donec liber eram Negra, nec ſic
Tota mollibus hæſeras medullis:
Et centum ſimul hinc, & hinc petebant,
Ipſum quæ poterant Iouem mouere:
Vixi carior omnibus medullis:
Niſi iam hoc quoq; denegas: tuiſq;
Qui nunc ſic miſerum necant ocellis.
Heheu tunc ubi faſtus iſte? ubi iræ?
Et uultus? oculiq; ſæuientes?
Vbi cor prece neſcium moueri?
Nunc captum ſemel artibus Negra,
Cum nulla amplius eſt fugæ poteſtas,
Cogis ah decies perire in hora.
Nec quicq̃ miſeret mei doloris:
Nam quo me referam? quis ah, quis heheu
Eiectum alterius ſinu expetiſſet.
Quis o adiuuet? unde opem rogabo?
Quis præſto mihi erit Neæra? ſi tu
Quæris ꝑdere, quæ beare debes.

EPITHAPH. LVCIAE PHOEBES.

Lucebas ſupis mea Lucia lucida Phoebe:
At nunc Perſephone tertia regna tenes.

AD AEGLEN.

Sollicitus ſiquis uiſus, tibi diſplicet Aegle.
Segnior, indigni nomen amantis habet.

Hic quia nõ quæritur/ficti ſimulator amoris
Ille dolet/famæ cauſa maligna tuę eſt.
Qui non magna dedit formoſæ munera/auarus.
Diſplicet hic donis/muneribuſq; ſuis.
Non tot crede mihi Proteus mutatur in ora.
Hei mihi q̃ placeam ne prius emoriar.

DE CAECVBO.

Dum uota ſuplex ſuſpicit Ioui optimo/
Vultuq; recto fundit ad cælum preces/
Deos quiete nec ſinit frui ſua/
Oculum repoſcens cæcubus nepotulo:
Volantis ipſe ſtercore e ſummo alitis
Vtroq; capitur. nunc ſuo demum malo
Edoctus: optimum Iouem/atq; omnis deos
Cælo reliquit: & ſibi non amplius
Ipſi precatur: quos prius nepotulo.

AD FRANCISCVM NINVM SENENSEM.

Quid mirare unos non uno pectore uultus?
Nec mea tam multis pectora uicta malis?
Turpe eſt arbitrio rerum Franciſce moueri:
Atq; animum dominæ ſuppoſuiſſe rotæ:
Exiliiq; malis rationem ꝑdere uitæ:
Et ſinere incertis certa perire bona.
Non ego uel primus patior/uel talia ſolus.

Sæpe premit magnos ista ruina uiros.
Vtq; parum felix / certe sine crimine dicor.
Turpior est damno culpa pudenda suo.
Sic pius Aeneas / sic Teucer fugerat olim:
Et tamen in media uixit uterq; fuga.
Nec puduit nimio linguam mouisse Lyęo /
Et madidam sertis implicuisse comam.
O quotiens męstos uerbis solatus amicos /
Miscuit hæc dictis ille / uel ille suis.
Dum licet & fas est uigilaces pellite curas /
O mihi non uana cognita corda fide.
Nec uos aut moueant pelagiq; / uiæq; labores:
Aut tangat patrii rustica cura soli.
Quicqd ubiq; / uiris patria est. nec gloria uobis
Tempora / desidia pdere cara graui.
Iam / quota pars rerum supat? piget ante laborũ
Vltima ppessos / si leuiora premunt.
His quoq; finis erit. nec uos spate pennem
Tam leuis in toto quæ uolat orbe dea.
Dixit / & ingenti largus se pluit auro.
Insequitur plausu cætera turba frequens.
Dulciaq; apposito celebrant conuiuia Baccho:
Corq; deo / curas dissoluũtq; graues.
Quãuis uictus erat: quãuis miserandus & hosti:
Squallidus impexis hirta p ora comis.

Carnifices Mariusq; manus & terruit hoſtem.
Victus & eſt uicti uictor ab ore ducis.
Nec mendicato domita Carthagine pane,
Magnanimi cecidit ſpiritus ille uiri.
Nos quoq; ſi magnis fas eſt componere parua:
Omnia quis placida mente tuliſſe uetat?
Si lachrymis redimi poſſet, ſi patria queſtu
Arguerer, ſi non illa redempta foret.
Nunc ea conditio gemitu eſt, ea lex data noſtro
Vtilis ut nulli ſit, noceatq; mihi.
Sparge puer uiolas & candida lilia. ceſſas.
Lęnia fęcunda funde phalerna manu.
Ite ꝓcul curæ inſõnes, ꝓcul ite labores.
Quantũcunq; mali, ſi patiare: leue eſt.

MORTVI PRO PATRIA.

Inachii ſpes una ſoli bis dena uiator
Milia, in hoc tumulo cum patria tegimur.
Dum natoſq;, patreſq;, larẽ, patriamq; tuemur.
Impioq; ducis Tarchanii obſequimur.
Nam rex indignus patriam qui ꝓtegat armis:
Turpiter, & regnum fugerat & patriam.

DE IOVE ET AMORE.

Laſciuum iratus pater obiurgabat amorem.
Huic amor, Europen quis pater orbis habet?

AD AMOREM.

Cum tot tela die proterue spargas:
Tot figas sine fine, & hic & illic:
Infensus pariter uiris, deisq;.
Nec unq̃ manus impotens quiescat.
Quis tot spicula? tot puer furenti
Lethales tibi sufficit sagittas?
Cum tot ęthera questibus fatiges:
Tot spargas lachrymas & hic & illic
Infensus pariter uiris, deisq;.
Nec unq̃ madidæ genæ serescant.
Quis suspiria crebra? quis dolenti
Tam longas tibi sufficit querelas?
At tu nec mihi tela, dum Neęra est.
Nec curas tibi crede defuturas.

AD IA. QVARTVM APPIANVM

Miraris quid męsta dies, quid turbidus æther,
Cur tegat obscuris nubibus ora dies.
Incubuitq; freto subitis nox atra procellis:
Et querulum toto murmur in ore sonat.
Digressu dant signa tuo. pcul omen abesto.
Teq; dolent patria tam pcul ire tua.
Hic liquet & fratri, & populo mẽs quę sit, & urbi:
Ipsa abitu cum sint mota elemẽta tuo.

IN CENSORIVM

Censorius ꝙ ipse nil agit prorsus/
Quod optimo non iure debeat carpi
Reprendit unũquẽq;.siue quis mutit/
Seu quis tacet/seu ridet/ore seu męsto est
Reprendit ille/siue quis dedit quicq̃/
Siue accipit quis/seu timet ue/sperat ue/
Seu quis sedet/seu quis deambulat/seu quis
Quodcũq;/qualecũq;/qualitercũq;/
Vbicũq; agit reprendit.id homini est moris:
Si mos uocari tam euidens furor possit.
Atqui si is esset hic nouus Cato noster:
Quem continẽtis optimus tenor uitæ
Sanctiq; pigra tollerent humo mores:
Tamen reprendentem usq;quaq; quis ferret?
Nunc impudicus/helluo/uorax/mango/
Insulsus / aleo/ improbus / salax / læno /
Cynędulorũ pessimum omniũ fulcrum.
Bonos malosq; iudicat sui oblitus.
O ante nullis cognitum nefas sæclis.

EPI. IVLII AQVAVIVI

Quã bene ꝓ patria Iuli cadis inclyte / si non
Tecum etiã infelix concideret patria.

DE PHYLLIDE

Dixerat imitem Venerem modo Phyllide rapta
Accius inuidiam: quæsieratq; deæ.

Huic amor ĩmitem quã fles temerarie dicis
Nãq; eadem phyllis quæ mea mater erat:

IN LINVM

Cum poſſis Line conticere/ſcribis:
Et tibi ueniam petis ſubinde/
Tanq̃ durior infacetiorq;:
Et ſcriptor modo factus ex colono.
Scriptorem Line te nouum ſciebam.
Nunc primum ſcio teſte te colonum.

AD PETRAM

Et Petra es mea lux. & uere petra uocaris.
Et p̄ram ſi quo nomine digna alio es.
Non tam ꝙ parium certas euincere marmor:
Et facies cęli rara uidetur opus.
Attritiſq; nitet corpus magis æquore ſaxis:
Littore quæ primo caſta puella legit.
Quã quia caucaſeas uincũt tua pectora cautes:
Et quoſcũq; uides ſaxea ſigna facis.
Et tamẽ hic etiã uęſana incẽdia durant.
Me miſerum cinerem hoc/nõ facere eſt lapidẽ.

AD ACCIVM SINCERVM

Acci quid piperi negas cucullos?
Quid ſcombri meruere? quid ſiluri?
Quare non ſinis hũc/& hũc/& illum:
Quid uis euomere improbũ/infacetum:

Et thuri dare, oliuulisq; uestem.
Rara rara auis est bonus poeta.
Nec omnes tibi possumus placere.
An nescis Bauiosq; Meuiosq;?
Omni tempore Cesios habemus.
Hæc licentia pessimis poetis.
Iam pridẽ uetus hoc genus ueneni est,
An tu scilicet hos pati recusas,
Quos Maro tulit, & tulit Catullus?

DE IVBILEO ANT. PETRVTII

Quæ modo p terras & longa p æquora uecti
Quærebant lasso fęmina uirq; pede:
Ante fores sceleris quicũq; piacula sumant.
Nec labor, admissi pęnituisse sat est.
Hoc quoq; diuini præstat tibi cura Petruti:
O felix tanto Parthenopea uiro.

ALEXANDER MAGNVS IN SACRILEGVM

Dure quid angusto tumulatũ subtrahis auro?
Hoc unum domino terra subacta dedit.

DE LAVR. MEDICE PETRI FRANCISCI FILIO

De puero quodã Lauro certasse feruntur
Mercurius, Mauors, Iuno, Minerua, Venus.

Iuno/ dat impium: Pallas / cor: Cypria / formam.
Mars / animos Maiæ filius / ingenium.
Stant Phoebi arbitrio/Dictynnę Tespiadūq;.
Hic uero maior lis alia exoritur.
Delius hunc sibi uult / artes largitur honoras.
Plectra deæ: castum casta Diana animum.
Iupiter his aderat: cōmunem censet habendum.
Hoc uno auertit iurgia consilio.
Nequa tamen solidi puero pars deesset honesti
Ipse pater diuum ius dedit / ipse pium.

DE FORTITVDINE BYZANTIAE.

Senserat exanimum mater Byzantia natum:
Forte facit patriis dum sua sacra deis.
Vniusq; dolor totam concusserat urbem:
Atq; erat in luctu uir / mulierq; nouo.
Illa ímota diu / postq̄ stata sacra pegit:
Respicit aduerso pectore uulnus hians:
Impositumq; suis iuuenem quæ gesserat armis:
Et madida hostili tela manusq; nece.
Mox nec scissa comam mater / nec territa casu
Fęmina / fortuna celsior ipsa sua:
Nate ait egregium patriæ p sæcula nomen:
Quam non degeneri funere nate iaces.
Agnosco quæ sæpe mihi pmittere suetus:
Oraq; adhuc hosti pęne tremenda tuo.

Nunc demũ peperiſſe iuuat, dolor omnis abeſto.
Nunq̃ ego te nato nõ bene mater ero.

AD MVSAS

Caſta pieriæ cohors puellæ
Quæ pindi iuga/ quæ tenetis hęmi.
Et quæ dulcibus Aonum uiretis/
Permeſſo premitis comã madentem:
Tuq; o quæ Cnidon incolis Paphũq;/
Piſcoſo dea procreata ponto/
Quã circũſiliunt iocusq;/ amorq;/
Et paſis Charites comis decentes/
Cum per Idalium/ Citheraq; alta/
Aut colcos/ Amathunta ue/ Erios ue/
Exerces faciles leuis choreas.
Vos o uos totiens deæ uocatæ/
Quarũ muneris eſt honor canendi/
Fronde cingite myrtea capillum:
Et chelim date/ leſbiũmq; plectrum.
Ac me dente nigro rapacis orci
Ereptum media locate cirrha.
Vnde ſeribus audiarq; hiberis.

AD NEAERAM

Hæc mandata tibi mitto formoſa Neęra
Quæ cuperem præſens aptius ipſe loqui.
Sed tamen interea dũ mens aſſueſcit amanti:

Et fiunt iusta mollia corda prece.
Candida signatis peraratur littera uerbis:
Et peragit nostras conscia charta uices.
Tu modo deposita rugæ grauitate molestæ
Quicquid id ingenua perlege fronte precor.
Perlege/sic faueat castis Venus aurea uotis:
Sic precibus referas uberiora tuis.
Non ego uirgineũ uenio temerare cubile:
Nec formosa magis/q̃ mihi casta places.
Dum potuit tantũ Lucretia bella uideri:
Quẽ caperet formæ munere nemo fuit.
Quid Danaen fecit nisi turris aenea caram?
Nempe ꝙ hic magno uisa pudica Ioui est.
Nec bene eras formosa/tamẽ pia cura mariti/
Scis tibi quot dederit Penelopea procos.
O quotiens aliquis faciem culpauit/at illi
Hæsit in attonito pectore casta fides.
O quotiens dixit felicem cõiuge Vlyssem/
Cum foret in toto nõ bonus ore color.
Tu licet hinc oculis facias/hinc uulnera uultu:
Crede mihi sola es ꝙ proba/sola capis.
Rustica dos nimiũ est simplex ĩ uirgine forma/
Digna uel æternis sit licet illa deis.
Sed tamẽ & castis sunt quæ censura remittit:
Vlla nec ingenuas lex uetat esse nurus.

Vtq; procax male grata animis/ſic ruſtica lędit:
Sit procul/o ꝓcul hinc altera & illa mihi.
Forſitan incultas decuit rigor iſte Sabinas:
Cum pauit patrias conſul & uxor oues.
Deq; paludigenis ſurgebat curia cannis:
Ilice prætori dante ſedile nouo
Nos melius ſequimur noſtri bona cõmoda ſęcli:
Et facilem populũ nõ niſi læta iuuant.
Nupta tamen ſi qua eſt duro male iũcta marito:
Arbitrio uiuat coniugis illa ſui.
Illa domi lateat fuſis addicta ſeueris/
Iuſſa uerecundis abſtineatq; iocis.
Quis ferat occurſu ſperati coniugis ægram?
Diſſidio facies conuenit iſta graui.
Tyndaridẽ phrygius uiolẽtã uiderit hoſpes
In patriam uidua linthea puppe dabit.
Ah nimiũ ſimplex/ne dicã ſtulta puella
Si qua ſupcilii dote placere ſtudet.
Quid? q amor lęſus pharetrãq; arcũq; reſumit:
Et queritur/queſtu quæ modo læta fuit.
Parcite tormentis iuuenũ gaudere puellæ:
Parcite: habet magnos iuſta querela deos.
Neu blandas ridete preces/neu ſpernite fletus.
Neu pigeat noſtris ingemuiſſe malis.
Et quotiens aliquis flendus ſuccurrit amator:

Parcere Anaxarete dicite acerba monet.
Atq; utinam moneat sic/ut psuadeat illa.
Nec meus ex omni parte laboret amor.
Sed furit interea fax intima ad ossa medullis:
Qualis in Aetnęo uix solet esse iugo.
Nunc ego Rhipheas uellē calcare pruinas.
Nunc gelidū Tanaim pectore habere meo.
Nunc succos/ferrūq; pati:sensuq; minutus
Stare ꝓcelloso littore truncus iners.
An grauis hic etiam fortunæ iniuria sæuit/
Ne quãdo misero non sit acerba mihi.
Vix bene adhuc fuerã matris rude semē in aluo:
Cum graue seruitiū patria uicta subit.
Ipse pater Dimæ regnis eiectus auitis/
Cogitur Iliadæ quærere tecta Remi
Hic ubi pierio quãuis nutritus in antro/
Mille tuli raram damna habitura fidem.
Iamq; nigrescebant prima lanugine malæ/
Iunctaq; erat lustris altera bruma tribus.
Cum fato rapiente/uagus scythiãq; p altam
Auferor/& gelidi p loca uasta getæ.
Quid referam interea pelagiq;/uięq; labores?
Et totiens strictas in mea fata manus?
Maternosq; rogos?miserãdaq; funera fratris?
Funera nō illo tempore agēda mihi.

Omnia quæ tulimus constanti corde: nec inter
 Tot mala / mens animis concidit ipsa suis.
At cadit / ut semel est arcu male saucia amoris.
 Fallimur / an facies est amor ista mihi.
Ista mihi certe est facies amor: inq; pudicis
 Vultibus / & tenero q͂ stat in ore decor.
Nec colchos regit / atq; cypron: sed cõditus imis
 Sensibus / in uacuo pectore regna tenet.
Ista arcus cilia. ex istis sunt spicula ocelllis.
 Feruida purpureæ quid nisi flãma genæ?
O decus / o nostri rarissima gloria sæcli.
 O desideriis unica cura meis.
His ego quid mirum si sum tibi uictus ab armis.
 Pars quota de numero uincere digna fuit.
Sed tamen arbitrium uitæq; habuisse / necisq;
 Est satis: ulterior conuenit ira feris.
Non ego dedignor dominæ seruire potenti.
 O ubi libertas nunc prior illa iacet.
Et uitare fui certus graue nomen amantis.
 Si qua homini res est certa / uetante deo.
Victus opem precor extremã. miserere precantis:
 Non sum qui peream dignus amore tui.
Quod nisi graiugenæ sordet tibi tęda mariti /
 Non equidem coniunx dissimulandus ero.
Prima olim sine more fuit sine legibus ætas

Quã rudis antiqui tam male gnara fui.
Inq; feris ſyluis populus uiuebat agreſtis
Glande cibum / molles ceſpite dante toros.
In nucibus pecudes / nucibus armenta notabant /
Rarus adhuc digitos qui numeraret / erat.
Prima rudes hominũ formauit græcia mentes
Eloquii blandis uiribus uſa fui.
Prima caua circũuallauit mẹnia foſſa:
Prima uagis patriam certaq; tecta dedit.
Prima artes commenta bonas. hac uita magiſtra
Edidicit leges / hac data iura pati.
Hac duce cæleſtes diuũ conſcendimus arces:
Hac duce naturæ ſancta adapta uia eſt.
Quid quod priſcorũ repetas ſi facta parentum:
Hæc quoq; qua nata es Inachis ora fuit.
Nã quid ego ethruſcos memorẽ / pubẽq; ſabinã:
Et quæ pars olim græcia maior erat.
Ipſa caput rerum quondã pulcherrima Roma
Certa fides Graiis condita gaudet auis.
Nec te terruerit peregrini nomen inane.
Crede mihi nulla eſt terra aliena uiro.
Et quanq̃ mihi regna & opes fortuna paternas
Abſtulit: eſt ꝓprio ſanguine partus honos.
Diuitiæq; animo frugi / & ſatis ampla domi res:
Si qua uelit parto mens moderata frui.

Quid q siue animi petitur constantia certi:
Siue magis simplex & sine fraude fides:
Seu bello manus apta/bonæ seu pectora paci:
Tempus ad hoc/ nullos degeneramus auos.
Nam genus / & ueterum præconia nota parentũ /
Vix ausim nostris annumerare bonis.
Et tamẽ est aliquid proauos habuisse Marullos:
Quos totiens tulerit martia Roma duces.
Scilicet est olim uis rerum in sęmine certa:
Et referunt animos singula quæq; patrum.
Nec leporẽ canis Aemathius / timidã ue colũbã
Notus hypboreo falco sub axe creat.
Nam tua q supplexq; petã cõnubia / & ultro /
Non ideo nostrum spne supba torum.
Me quoq; nobilium natæ petiere uirorum.
Dignæ opibus / facie dignæ / atauisq; peti.
Et nunc cum dicar sine te non uiuere posse /
Inuenies cupiat quæ tamen esse mea.
Sed uetat hoc / decor iste tuus: mellitaq; uerba:
Et magis alpina pectora cana niue.
Quæq; micant pasos subter bona colla capillos:
Quale sub aurata candet ebur statua.
Hoc uetat / Idaliusq; puer / materq; dione:
Et qui iampridem me tibi donat hymen.
Tu modo tot contra diuos pugnare puella

Desine: non tutum est cedere nolle deis.
Totq; meis olim tandem exorata querelis
Coniugis in caros labere Nympha sinus.
Sed nimium ꝑperas dices cũ messis ĩ herba est:
Me miserum ꝑperat nemo in amore satis.
Crede mihi / non est meus hic qui torpeat ignis:
Nam potes ex uultu tu quoq; nosse meo:
Cũ nũc ora rubor subitus notat: & modo rursum
Pallet purpureo sanguine cassa cutis.
Et nunc desinimus mediis sermonibus / & nũc
Męsta repentinas aggrauat unda genas.
Qđ nisi q̃primum misero succurris amori:
Auxilio frustra post modo lenta uenis.
Si tamen est mora cur placeat: dum ciuicus ensis
Sæuit: & ultrices excitat ira manus.
Nec fas in tanto rerum patriæq; piclo est /
Coniugiis ciui posse uacare nouis.
At potes interea uerbis lenire dolorem:
Multaq; colloquio demere damna tuo.
Solariq; animum / & præsens releuare iacentem:
Si nescis pietas coniugis ista pbę est.
Tunc ego iurabo sanctissima numina diuũ.
Numina non ullo tempore læsa mihi.
Meq; meis dictis astringam in fędera quæuis:
Parte sit ut nulla non rata nostra fides.

Tunc tibi dictatis faciam ſponſalia uerbis:
Et te conſulta uir tibi iuris ero.
Tu modo ſi quis amor noſtri / ſi pectore cura eſt:
Parce mora coniunx pdere uelle uirum.

IN LIBELLVM INFACETVM.

Salue nec lepido libelle uerſu /
Nec lingua facili / nec ore docto /
Nec ſana ſatis eruditione.
Miſſa longior eloquente magni /
Nec rudi melior poeta / & ipſo
Infacetior infaceto agello.
Ten putat rogo quiſpiam diſertum?
Tu te infers numero pitiorum?
Et ceſſas miſer emori Marulle?

AD MARCVM BARBVM CAR. SANCTI MARCI.

Creta / Aſia / Illyricũ / Libyę / Germania / Partus
Multorum ut nomen ſic quoq; præda uirũ eſt.
At ſpes / atq; metus / incertaq; gaudia rerum /
Concedunt animis non niſi Marce tuis.
Hæc eſt hæc uirtute tua uictoria digna:
Quæ te fortunæ Marce facit dominum.

AD BARABAM.

Et Venus eſt uxor: & tu claudus q; faberq;.
Si dederis Martem / Mulciber es Baraba.

EPITHAPHIVM MANILII MARVLLI PATRIS.

Flens primũ has auras hausi puer, omine diro.
Flebilis erepta uita fuit patria.
Nũc quoqꝫ flens morior: ne q̃d nõ flebile restet.
Hæc est humani conditio generis.

DE VENERE ET MAXIMILIANO CAESARE.

Dũ neqꝫ gradiuũ, neqꝫ uult dimittere Adonyn
Diuersiqꝫ unam Marsqꝫ, puerqꝫ trahunt:
Incidit in mentem Cæsar. tunc ꝓsilit amens
Cypris, & hic nobis dixit utrunqꝫ dabit.
Dixit, & iniectis edere de more lacertis,
Mille dat amplexus, oscula mille uiro.
At mars uincor ait, sed certe uincor ab illo
Armatum uinci qui prius edocuit.

EPITHAPH. ALCINI INFANTIS.

Alcinus hic iaceo. mesti posuere parentes.
Hoc pretium uitæ est, atqꝫ puerperii.

AD NEAERAM

Moris erat sceptris teneras arcere puellas:
Et mollem curis exonerare animum.
Nec uel consilio, rebus ue admittere agendis
Sed tantum lanis esse putare satas.
Multarũqꝫ (nefas) uitium scelerauerat omnis.

Nec nisi naturæ fęmina crimen erat.
At nũc tãtus honos nuribus / reuerẽtia tãta est /
Tanta pudicitiæ / consiliiq; fides:
Vt iam nemo sibi / mulieri speret ademptũ.
Et cedat uictus pene uirilis honos:
Blanda nec incertos suspendant uota parentes.
Cum sat iam matri sit pepisse hominem.
Sic quas tot uitia / & tam longum infecerat æuũ
Vnius laus & gloria condecorat.

AD NEAERAM.

Vesanos quotiens tibi furores /
Atq; ignis paro / quos moues referre:
Et quanuis deus ossibus perret /
Qui me nocte die necat Neęra:
Et uox / & sonus / & parata uerba
Desunt tum mihi: linguaq; ipsa torpet:
Et uix sustineor genu labante
Męrent pectora / pq; membra passim /
Perq; artus / fluor it repente salsus:
Et diem subitæ occupant tenebræ.
Nec quicq̃ nisi lachrymæ supsunt.
Quæ mutæ quoq; opem precantur unæ.

DE VENERE.

Aurea Mulciberum nato Venus arma rogabat.
Immemor huic nato facta sit unde parens.

Ingemuit deus inuiso sub nomine: & illi
Cur non Anchisæ diua rogas potius?

DE SALADINO.

Littore dum phario prima Saladinus in alga
Barbara deuicto castra oriente locat:
Venit adulatrix regum comes unica turba:
E quibus ut lingua promptior unus erat:
Nunc domitã ægyptum iactat: nũc littora rubra
Fractaq; pugnaci gallica sceptra manu:
Ostentatq; uirum duris tot milia in armis:
Et iubet hinc uires æstimet ipse suas.
Scilicet hinc ille. atq; adeo ex hac infit arena:
Quæ te semiustum littore magne tenet.

EPITAPH. FEDERIGI VRBINATIS.

In uictus potui nisi mors uicisset haberi.
Hæc quoq; non uicit / sed potius soluit.

AD NEAERAM

Cum tu candida sis magis ligustro:
Quis genas minio Negra tinxit?
Quis labella tibi notauit ostro?
Vnde sunt capiti aurei capilli?
Quis supcilii nigrauit arcum?
Quis faces oculis dedit potentes?
O quies animi laboriosa.
O labor nimium mihi quiete.

O amaricies petita uotis.
Qua mori sine amem uolens/lubensq;.

IN CAESARIANVM

Quod tibi tam multus Cæsar dictator in ore est
Ignosco: laudas uir bone quem sequeris.
At Cato nõ hastam/nõ dictatoria regna/
Non probat infamẽ consulem adulteriis.
Non tot opes uẽtre aut patrimonia pene uorata:
Non edicta foro lata/nocente manu
Non fas unius uersum ambitione/nefasq;:
Non casus tantarũ urbium auaritia.
Non Bibulo toto factũ nil consule in anno.
Non pro diuitiis tot patriæ/æra data.
Miramur tamen arma uiri/miramur acumen:
Rex quoq; miratus tabuit hæc eadem.

DE MORTE ORPHEI

Orphea dum miserãda parens tumularet adẽptũ:
Tactaq; mellifluı cerneret ora uiri:
At tu nate facis dixit præconia diuis.
Quid nisi dãnatus fulmine & Enceladus?

DE AMORE

Spreuerat idalium rerũ plebs indiga numen:
Iamq; puer ueneris cesserat urbe/fame
Ergo boues iungit curuoq; innixus aratro.
Pinguia ruricolæ suscitat arua modo.

Sęmina restabat terræ dare. sęmina dantem
Non expectatis obruit auster aquis.
Ille irę impatiēs/agendū oĩa Iuppiter inquit
Sterne/neca: enecto tu boue taurus eris.

AD NEAERAM

Qđ leuis ima pedum uerrit uestigia crinis:
Qđ sedet in niueo discolor ore rubor:
Qđ colla & pariū uincētia pectora marmor:
Qđ dens getuli nobile dentis opus:
Qđ digni imperio uultus: ꝙ tantus honoræ
Frontis honos: paphiæ ꝙ labra uerna rosæ
Qđ micat urbanus generoso risus ocello:
Qđ quicquid dicis/seu facis omne decet.
Adde genus/regesq; atauos/fratresq; patrēq;/
Et congesta deū regnaq; opesq; manu:
Nō tamen ista tuę fuerint præconia laudis.
Sunt maiora quibus lux mea rara uenis.
Ingenium/sollersq; animi prudentia rerum:
Pectoraq; in tenera uirgine digna uiro.
Et decor/& probitas cōtra tua sæcula & artes:
Fessaq; uirgineis Calliopea choris.
Fortunata animi tot dotibus. hæc bona uera:
Hæc tua sunt: fati cętera dona breuis.

AD PATRIAM

Terrarum ocelle patria/ocelle gentium.

Quãſcunq; currũ eburneo
Laborioſæ metiens iter rotæ
Lucis creator ſol uidet.
Quã te cadauer flebile aſpicio miſer:
Vix ipſe adhuc credens mihi,
Oculis uidere cęlitum tantũ nefas.
O miſerum, & infelix genus,
Quo decidit fortuna gentis priſtina?
Tu ne illa domina gentium?
Quã tot tyranni, tot duces, tot oppida,
Tot nationes efferæ,
Ab usq; bactris, ultimiſq; gadibus:
Flexo precabantur genu?
Iam iam nihil non fragile ſub cęlo: nihil
Non percaducum gentibus.
Sors cuncta uerſat æque, & impotẽs hera:
Nullo beata termino.
Nec fas, piumq; ſontibus fatis moram
Affert, & inſtabili rotæ.
Felix tamen, quæ morte ſenſu perdito,
Semel deos paſſa es graues
Infanda caſus dãna nec ſentis tui.
O ſurda mors precantibus.
An tu quoq; iræ quos premunt deum fugis?
Nequis refugio ultra locus.

I/dura/uade:fuge:tamen lachrymæ/ & dolor
Quos tu recusas finient.

Finis Secundi Libri

Michaelis Tarchaniotæ Marulli Constan
tinopolitani Epigrammaton Ad
Laurentium Medicen Petri
Francisci filium Liber
TERTIVS

q VOD tua lõginquũ diffũdo noĩa ĩ æuũ/
Et sine te crescit pagina nulla mihi.
Non hoc tu nobis debes bone Laure/sed ætas
Postera / & exemplis sæcla renata tuis.
Macte uir ingenio/quẽ nil nisi uiuida uirtus
Tangit / & ex uero gloria uera bono.

DE LIVORE ET NEAERA

Dum nup nitidos Neęræ ocellos:
Spectat semianimis dolore liuor:
Et nunc purpureas genas puellæ
Miratur/modo tortulos capillos/
Modo colla / manus modo nitentes /
Modo brachiolum/lacertulosq;/
Modo compositum latus decenter /

Modo artus ſcythicis pares pruinis/
Modo os/nectare dulcius/modo illa
Quæ me diſperimunt perita uerba.
Ad me uerſus ut æger aſſidebam
Quem dixit laqueum mihi paraſſet/
Si tibi magis hæc foret benigna.

AD MAXIMILIANVM CAESAREM

Qualiter in medio tuta rate nauita portu
Heſternæ adhuc hyemis memor/
Nunc intexta cauæ ueſtigat pinea puppis
Modo carinam examinat/
Nunc ligat antēnas/nūc collocat ordine remos:
Oculiſq; luſtrat ſingula/
Non aliter q̃ ſi rapientibus æquora uentis
Iam nunc minax hiet fretum.
Et quãuis poſitum placidus mare ſpõdeat aer/
Hic ſe procellæ præparat.
Sic ubi fortunæ uindex grauis aſpra per arma
Tutatus es patrium decus.
Totq; dolos contra ſola uirtute renixus/
Regnare docuiſti deos.
Poſt patriam larga donatã ubicunq; quiete
Vnnoſq; tandem non graues/
Atq; hinc exutos/atq; illinc finibus hoſtes:
Dotale qua regnum patet.

Ipſe tamen duris aptas accomoda bellis,
Ciuesq; Cæſar excitas:
Et nunc p ludum exploras aptiſſima quōdam
Robora, duellis fortibus.
Nūc pulchræ accēdis patriā uirtutis amore
Poſitis merenti pręmiis.
Ciuileſq; manus lōga aſſuetudine firmas.
Qua maius in terris nihil.
Prouidus & ſapiēs uitare inſtātia bella
Bellis parato robore.
Macte pater merito patriæ uirtutibus iſtis.
Quo ſoſpite omnibus eſt bene.

DE ALEXANDRA SCALA
BARTHOLOMEI SCALAE
FILIA

Auxerat Aonias Sappho dea facta ſorores,
Et poteras numero cedere Roma nouo.
Dulcia cū Scalæ miratus carmina Apollo
Dixit habes numerū tu quoq; Roma tuum.

DE DEMETRIO CHALCONDYLO

Dum uer hymetium diu
Nequicq̄ apis quærit uaga
In os ſacrum chalcondyli,
Et labra ſuauiflua incidens:
Heus inquit æquales bonæ

Huc huc adeste sedulę,
Matrem uideris attida.

HOMERVS

Vane quid affectas patriā mihi dicere terrā?
Metirisq; hominum cōditione deos?
Nō me smyrna creat, nō me colophonia tellus,
Non pylos, æquoreis nō chios icta minis,
Non ithace prænobile equis nō argos alendis,
Non quæ de dominæ nomine dicta deæ est.
Mortalis sunt ista uiri. me lucidus æther
Parturit. enatum terra fretūq; colunt.

AD IO. PICVM

Pice delitiæ nouem sororum
Qui secreta patrum recludis antra,
Et nouissima comparando primis,
Cogis tam uarios idem sonare.
Quid me uersiculis tuis lacessis?
Nunc uultus nitidæ meæ puellæ,
Nunc mirantibus aureos capillos:
Et quæ non tua sunt sceleste colla.
An ꝗ diuitiis tumes paternis,
Atq; ista tetrica tua Minerua
In nostros tibi ius putas amores?
Atqui non ita. nam feros per enses:
Et meum latus hæc tibi petenda est.

Qđ ni desinis esse iam molestus,
Et tandem sceleris piget cupiti:
Non cũ nescio quo Platone faxo
Et tectis hominum solo fauillis:
Sed mecum tibi senties agi rem,
Qui uerbis nequeam tribus moueri.

DE LAODAMIA ET PROTESILAO.

Dum fugit amplexus euanida cõiugis umbra,
Obsculaq; ab stygiis usq; petita uadis:
Quo sine me ĩquit amãs? nõ est ratis ima puellis
Clausa, satis satis o sola relicta semel.
Dixit, & in mediis subito collapsa querelis
Magnanimo comes it Laodamia uiro.

AD GEMMAM

Qđ facias nil gẽma, tuus mihi questus haletes.
En iubet & cõiux, quod rogo gẽma negas?

DE LAVDIBVS SENAE

Mater nobilium nuruum,
Antiqui soboles Remi
Sena delitiæ italæ,
Seu libet positum loci,
Conuallesq; beatas
Tot circũriguis aquis,
Seu uer conspicere annuum:
Natiuisq; rosariis

Semp purpureum ſolum,
Et colles uiridantis.
Nam quid dicam opum manus?
Aut tot ditia marmora:
Quid ſpirantia ſigna tot
Paſſim? quid fora? quid uias?
Quid deum ſacra templa?
Adde publica ciuium
Iura, parq; iugum, & pares
Cunctis imperii uices.
Adde tot populorum opes,
Tot parentia late
Oppida, adde uirum ingenia,
Adde artes, nec inhoſpita
Corda pieridum choris.
O uere ſoboles Remi
Digna nomine, digna
Vrbs tantis titulis patrum:
Te concordia: te bona
Pax alat, famis & minarum
Immunem: tibi defluat
Flauis Brandus arenis.

IN ECNOMVM.

O arionem p Erigone citat Ecnomus. Vnde?
Nõ facit ad moreſ uirgo: ſed Oarion.

DE MAXIMILIANO CAESARE.

Cum modo pacatis deuicta p oppida ripis
  Lætus in æquoreas curreret ister aquas.
Et modo surgentis oposo ex marmore uillas,
  Aruaq; non una passim habitata domo:
Nunc impressa solo tot miraretur aratra,
  Nup ubi sæuis lustra fuere lupis:
Cunctaq; lætitia, & blanda resonantia pace
  Hic illic chorea luxuriante leui:
Postq̃ opis causam didicit te maxime Cæsar
  His ait his manibus sceptra regenda mea.

DE DANTE ALIGERO.

Quis sacer hic Erato uates dic Aurea? Dantes
  Aliger. at uocis quod genus & numeri?
Vox patria illo uiro numeros sine nomine nup
  Miserat auctoris sicilis ętna sui.
Materiam nunc ede: animarum horrenda piacla:
  Quodq; iter ad supos: ad styga quodq; ferat.
Vnde domo? ueterem agnoscit Florentia alūnũ.
  Ecquæ tot merces dotibus? exilium.
Heu sortem indignã: & uirtutibus inuida sæcla
  Quanuis cui uirtus contigit, & patria est.

DE CYDONE ELIENSI.

Sero deorum iam tenentem altaria
  Rebus tyrãnum pditis

Cydo aſſecutus: q̃ inquit ex uoto hoc quoq;
Diis patriis iuuantibus:
Vt liberatæ patriæ potiſſimum
Hac uota ſoluam uictima.
Dixit, ſactisq; maximum inuocans Iouem
Tranſuerberat pectus nocens.

AD BARTHOLOMEVM SCALAM.

Cum muſæ tibi debeant latinæ
Tot iuncto pede ſcripta, tot ſoluto,
Tot ſales latio lepore tinctos,
Tot cultis documenta ſub figuris,
Tot uolumina patriæ dicata
Quæ nulli taceant diu minores,
Tot prætoria iura, tot curules,
Tot faſces proprio labore partos.
Plus multo tamen, o beate amice eſt
Quod ſcalam latio pater dediſti.
Aucturam numerum nouem ſororum,
Caſto carmine caſtiore uita.

EPITHAPH. LAVRAE COMITAE.

Has lachrymas tibi Laura damus, triſtiſſima donna,
Sed tamẽ heu męſtis debita funeribus.
Funeribusq; tuis: & noſtro Laura dolori.
Nulla licet mutæ gratia ſit cineri.
Heu ubi flos ille oris? ubi decor? abſtulit heheu.

Abstulit in cineres & dedit ora nocens,
At nō & nostras lachrymas dedit, accipe amātis
Quod supest, lachrymas accipe acerba cinis.
Hic animū, sensusq; meos tibi laura sacramus:
Qua licet extinctam nunc quoq; parte sequar.

DE VICTORIA FERDINANDI REGIS HISPANIARVM.

Quis mihi annosum prope falernum
Ingerit? multa quis humum colorat
Splendidus rosa? pcul omnis esto
Cura dolorq;.
Hic dies nota meliore dignus,
Leniet longas patriæ querelas.
Dum iuuat grauem merita catena
Dicere Marcen.
Teq; sublimem niueis quadrigis
Ferre uotiuis pia thura templis
Sancte rex, claudente latus beata
Coniuge sacrum.
Macti auis: macti ditione, macti
Tot feris late populis subactis
Digne uir sponsa mulierq; tanto
Digna marito.

AD ELENCHVM.

Felix Elenche siue tu rubri uenis

Ciuis ꝓfundi: siue qua ditis freti
Extrema fessum cirtium Tethys uidet:
Qui tam remotis hospes ex horis uagus,
Pendes puellæ candido e collo meæ.
Vnde & uolucris patriæ dites rogos
Spnis, potentis desidens heræ sinu.
Et multodoras indiæ messes tuæ.
Sed siue fatis hoc tibi stabat deum,
Siue huc secunda forte mouisti pedem,
Dic o beate, effare, dic felix age,
Ecquid pudico mane cum leuat toro
Vultus nitentis, patrium agnoscis iubar?
Indosq; solos iam negas diem dare?

IN ECNOMVM.

Fędus es aspectu. qui ni?tam dispare ocello.
Verum idem lingua fędior & grauior.
Si tamen ingenium spectas, fędissima mens est.
O tot inauditis obrute flagitiis.

AD AMOREM.

Quo me sæue rapis puer,
Intermissa diu bella iterum mouens?
Et truces renouas minas,
Nec gnaræ precibus, nec lachrymis uirum
Vllis cedere Martiæ.
Atqui tempus erat seruitio graui

Lassum soluere iam latus,
    Et finem miseris ponere questibus.
Nec rursum facibus nouis
    Vexare immeritos post Glyceræ rogos
Donandum rude debita.
    Quod si nec subitum dissidium Cloes
Nec durus Glyceræ cinis:
    Quæ tandem lachrymis finis erit meis.

DE SE ET COSMO PACTIO.

Pulchre conuenit optimis amicis
Marullo profugoq; Pactioq;
Nec mirum: pariles ruinæ utrisq;
Vrbana altera: & illa fesulana
Confectæ resident, nec eleuantur.
Insontes pariter, miselli utriq;
Vno in exilio educatuli ambo,
Non hic q̃ ille minus uorax amari
Concordes comites nouem sororum.
Pulchre conuenit optimis amicis.

DE AENEA.

Cum ferret medios proles Cytherea per hostes
    Impositi collo languida membra patris:
Parcite ait danai, leuis est sene gloria rapto.
    At non erepto gloria patre leuis.

DE STATVA BRVTI EDERA CIRCVNDATA.

Quid ſeruitutis dexteram immunem grauis?
Ederæ coherces uis mala?
An eſſe Bruti quam tenes neſcis manum?
Nunc quoq; tyrãnidi aſperam.
Quanuis iam & ipſe ſyluæ, & inuia nemora
Partes ſequimini Cæſarum.

DE NEAERAE ABSENTIA.

Inuiſus mihi Ianus adeſt abſente Neęra.
Ite procul luſus, blanditiæq; leues
Conueniunt lachrymæ tot ſuſpiratibus ægræ
Aptaq; ſingultu triſtia uerba meo.
Qđ tamẽ in me unũ eſt cor tecũ animusq; Neęra
Abſentem quanuis ſors ꝓcul atra tenet // eſt.

IN OLLVM.

Græcari ꝙ luctor ais ꝙ carmina pango,
Num romanaris quæſo ꝙ olle fugis.

AD NEAERAM.

Quo quo dura? tibi Neęra dico
Olim præſidium meum decuſq;
An me tu quoq; iam facis caballi,
Nam cui? cui iam hominum eſt fides habenda?
Certe tu mea cura, tu uoluptas,
Per te non graue erat domo carere.

Quæ nunc tot miserum in malis relinquis,
Et nostris frueris superba dãnis.
Q d si te mea nec fides Neęra
Nec suspiria, nec mouent querelæ:
At spera Nemesim deam potentem,
Quæ pęnas animi istius reposcet.

IN ECNOMVM.

Lingere carbatinas uult uection Ecnomus ipse,
Vt possit trepidas lingere Cercolypas.

DE VRNA IN VSVM
FONTIS VERSA

Tu quicũq; meo fontẽ de marmore sumis
Parce precor, cineri sum uetus urna pio.
Vertit in hos usus gelidi rudis accola fontis
Nescius ah quantũ susciperet sceleris.
At tu non meritos manes ueneratus in urna.
Hinc quoq; tot rerum disce hominũq; uices.

IN ECNOMVM

Quidam pelasgos iure questus est suo
Carere inepti nomine.
Sed id pelasgũ maxima hercle iniuria
Quis nullus arpinas foret
Vt doctus, ut uir, ut probus, mille ut alia
Si quæris id deniq; genus.
Nam pulcianos ut latinus quispiam

Rudes, scelestos, improbos,
Peculiari sic ἀκάιϑοισ nomine
Dixerit & ἀφυέασ meus.

DE AN. LANPONIANI

Dum forte ęmathiis uirtus romana parentat
Manibus, & lachrymis pelluit ossa pia.
Lanponianidæ miseras nex perculit aures:
Et subito sensus diriguere gelu.
Mox tamen ipsa sui non ímemor: alleuat artus
Vtq; dedit caris annua iusta rogis:
Brutorũ, Cassiq; inquit monumẽta ualete,
Queq; meis longum fletibus herba uires.
Nos alio reuocant noua funera: sãctaq; nati
Sparsa per indignas hei mihi mẽbra uias.
Scilicet hæc euenta mihi fortuna reseruat
Sic quoq; sed certe iura tuenda meis.

AD TABELLAM

Parua sed nimium tabella felix
Quæ uultus dominę refers cupitos,
Et nunq̃ mihi dura, acerba nunq̃
Fronte nescio quid nuis serena.
Vt te conspicio libens, & ora
Mille amoribus aucta, gratiisq;
Agnosco: ut genulas meæ puellæ
Vt caros libet intueri ocellos,

Quos dari cuperet ſibi dione:
En cape/en uiolaſq; cinnamumq;
Et mixtas caſiæ roſas rubentis/
Cape olim tibi deſtinata ſerta
Quę uides lachrymis madere noſtris.
Tu ſuſpiria longa/tu dolentis
Poſt hac accipies graues querelas/
Et pręſens poteris uidere flentem.
Quem nec menſa iuuat petita fruſtra.
Nec ſõnus tegit aut quies ocellos.
At uos interea labella cara/
An eſt cur ego preſſa non reſuggo?
Et centum fero baſiationes.
Sed quis tam ſubitus refulxit ignis?
Quæ te fax bona corripit tabella?
Noſco incendia dura/noſco flãmas
Quas de pectore conuomo eſtuanti.
Mea iſthæc/mea culpa. ego ſceleſtus.
Qui te dum temere oſculis fatigo/
Et iuncto iuuat ore cõmorari/
Sęuo pectoris halitu peruſi.

DE XYSTO ET HEREDE

Exhauſit Xyſtus belllis/& cedibus urbem:
Tercentena heres reſtituit ſobole.

IN POSTHVMVM

Quid inuolato nectis ex auro graue
Inepte collum Posthume.
Hoc est fateri crimen/hoc palam tibi est
Laqueum ominari debitum.

EPITH. ANNIBALIS

Cuius hic ē tumulus?quæ tu rogo?& unde uerē
Tusa genas/crinē sic laniata sedes. // das
Annibalis cinerem sacrū aspicis.ast ego enyo.
Fata uiri: & casus hic queror imeritos.
Quē Roma deuicta/odio inuidiaq; suorum
Tam procul a libya terra libissa tegit.
Non tamen Annibalis opera nisu/& ense superbo
Annibalem potuit perdere parca nocens.

AD AMOREM

Si cęlum patria est puer beatum:
Si uere peperit uenus benigna.
Si nectar tibi massicum ministrat:
Si sancta ambrosia est cibus peritus.
Quid noctes habitas/diesq; mecum?
Quid uictum face supplicemq; aduris?
Quid longam lachrymis sitim repellis?
Quid nostræ dape pasceris medullæ?
O uere rabidum genus ferarum/
O domo styge/patriaq; digne.
Iam leuis fumus umbra/quid lacescis?

AD AMOREM.

Sancte qui memphin puer Eriosq;
Temperas colles, & amęna Cypri
Rura, lasciuis uiola perenni
Grata Napęis.
Te cano prolem genitoris æthræ,
Aureæ prolem Veneris potentem
Nobilem flammis, & habente certa
Tela pharetra.
Cuius & tellus & aquæ uerendum
Nomen atq; aer ueneratur ipse
Acre cui paret nígra uulneranti
Aula tyrãni.
Quin & hiberna lycia suisq;
Cynthius delphis genitor relictis
Candidum Admeti pecus, & iuuencos
Pauit heriles.
Cum sub umbroso recumbans salicto
Immemor laudum patrii triumphi
Fleuit immitis leuiore plectro
Damna sagittæ.
Nam quid aut uasti genus acre ponti
Prosequar cete tibi pdomata
Aut in arentis libyæ leones
Finibus ictos.

Te canit ramo residens uirenti
Daulias mater: tibi tollit atrox
Sybilum serpens fera te iubente
Regia coniunx
Per iuga, & montes, uacuosq; saltus
Errat albenti placitura tauro:
Et studet duri thalamis iuuenci
Digna uideri.

DE EXILIO SVO.

Quid iuuat hostiles totiens fugisse catenas,
Atq; animam fatis eripuisse suis?
Non ut cognati restarem sanguinis unus,
Crudelis patriæ qui supesse uelim:
Nec quia nō animus lucis cōtemptor abunde est:
Et uelit exilium uertere posse nece:
Sed ne ꝓgenies seruire antiqua Marulli
Cogerer, indigno tractus ab hoste puer.
Si ꝓcul a patria scythico deprehensus in orbe
Heu facinus bessi iussa supba fero:
Imperiumq; ferox patior, dominūq; potentem:
Nec nisi libertas nomen inane mea est.
Vtilius fuerat duro seruire tyrāno
Cumq; mea patria cuncta dolenda pati.
Est aliquid cineres: & tot monumenta suorum
Cernere: & imperiis impia aucta patrum.

Naraliq; frui superest dum spiritus aura:
 Nec procul externis ludibrium esse locis.
Scilicet exuitur generis decus omne domusq;
 Cum semel ignotam presseris exul humum.
Nec iam nobilitas, nec auũ generosa propago,
 Aut iuuat antiquis fulcta domus titulis.
At certe patriæ quondã dum regna manebant,
 Hospitio totus qua patet orbis erat,
Tunc ah tunc animã pueri exhalare senesq;
 Debuimus: tantis nec superesse malis.
Tunc patrii meminisse animi: & uirtutis auitæ:
 Inq; necem pulchris uulneribus ruere.
Nec libertatem patrio nisi marte tueri:
 Hæc uia quærendæ certa salutis erat.
O pereat numerum primus qui fecit in armis
 Quãtulacunq; sat est, dũ modo certa manus.
Quãtulacũq; sat est, patriis ubi miles in armis
 Sęuit & aduersum non timet ire globos.
Et modo cõiugiũ, modo pignora cara, domusq;
 Excitat: effeti nunc pia cura patris.
Quis furor est patriã uallatã hostilibus armis
 Tutantẽ externis credere uelle uiris?
Ignotaq; manu confundere ciuica signa,
 Et sua non græcis tela putare satis.
Ille ille hostis erat, ille expugnabat achiuos

Miles & euersas diripiebat opes.
Ille deos/& fana malis dabat ignibus: ille
Romanum in turcas transtulit imperium.
Nec nobis tam fata deum/q̃ culpa luenda est:
Mensq; parum prudens/consiliũq; ducis.
Hanc igitur miseri luimus: longũq; luemus
Dum nos Euxinus: & lachrymæ minuant.

IN POSTHVMVM

Omnia cũ facias: miraris cur facias nil:
Posthume rem solam qui facit/ille facit.

IN ECNOMVM

Quid seperatam Vane supernas rogo
Alnum Catulli nobilem
Plebi ociosæ scilicet risum parans
Oblitus ut soles pedis.

DE AVTOLEMO

Dixerat Autolemo flãmas consultus aruspex
Die cauendas postero
Credidit/& rerum dubius de mane sub amnis
Delituit hetrusci uadis:
Sed neq; sic fatum effugit/ nã dum innatat Arno
Ictus crematur fulmine.

AD ALEX. SCA.

Cum uersu referas nouem sorores
Vix lustris bene adhuc tribus peractis

Cum dulci sale, seriisq; blandis
Ipsum iam supes puella patrem
Quo nihil grauius, facetiusq; est.
Cum nec sit tibi forma, nec modestæ
Frontis gratia, nec decor, nec ipse
Suggestus nimii decens capilli
Qui possit nisi cælitus uideri.
Quid mirum mea Scala si decembri
Reddis debita messibus futuris?
Si mittis mediis rosas pruinis
Natura bene quo uoles sequente?

DE SPE ET NEMESI.

Quæ nã hæc tam semp quæ læta est? optima rerũ
Spes bona. quæ lateri iuncta? potens Nemesis.
Dux magis, an comes ẽ? uidex magis. unde dua
Tẽpla eadẽ? speres ne, nisi qđ liceat. // bus

DE ARISTOMENE.

Viderat armatas uni dare terga cohortes
Iuppiter, & Martem credidit esse suum.
Mox ut Aristomenes notis ꝑcul agnitus armis,
Et fulxit uolucris auxiliaris apex:
Macte ait o iuuenis, si te mea bella tulissent
Non alia cælum tunc equiffet ope.

AD AMOREM.

Quid tantum lachrymis meis ꝓterue

Inſultas puer?& ſemel iacentis
Nequicq̃ in tenuem furis fauillam?
Non ſum non ego quem putas Marullum.
Iam pridem occidit ille/nec ſuperſtes
Caræ diſſidium tulit Neęræ:
Quem nunc tot fluuiis procul lociſq;/
Illum nominat: ut ferunt/& illum
Suſpirat lachrymis dies/& horas/
Nequicq̃ profugum uocans maritum.
Ah ne tu quoq; nos puella perde
Sat o ſat miſeri ſumus ſuperq;.
Quid demens laceras genas?quid ora?
Iam parce aureolis precor capillis.
Si neſcis meus eſt Neęra ſanguis
Iſtos quę lachrymæ rigant ocellos.
Qđ ſi qua eſt tibi cura adhuc Marulli/
Necdum perditus uſq; quaq; in æuum eſt:
In te lux mea parcere huic memento.

IN ECNOMVM

Poſſe negas dici melos facunde poeta/
Atq; adeo picas nectar ais canere.
Scilicet huc ſtudio curaq; trahente fideli.
Ne quando placitum nectar ab ore cadat.
Sed neq; diuinus male μέλοσ ἀείσων homerus:
Nec niſi qui laudat/nectar inepte canit.

DE APOLLINE ET ANTONIO SQVARCELVPPO

Olim superbus Pane deuicto, Rhodum
Qui temperat Phębus suam,
Tmoli canebat iudicis sententiam,
Iussumqꝫ cędere Arcada:
Cum squarceluppi uoce perculsus noua
Ingemuit ad cãnas uiri.
Vicesqꝫ rerum questus, heu uici deos,
Nunc cedo ait mortalibus.

AD MANILIVM RHALLVM

Malli nec tepidi grata fauonii
Spirat temperies, nec uagus adria
Secura patitur currere nauitam
Pinu, perpetua fide.
Non omnis tenui gutture per dies
Integrat uolucris carmina daulias,
Non semper rosa, non lilia uestiunt,
Aut flos terram iacintinus.
Nos Malli quoqꝫ sat, nos quoqꝫ sat diu
Insignes patria uiximus & domo.
Quid mirum exilio dura per omnia
Si rerum patimur uices.
Sic cresum miseris fata potentia
Demersere modis. sic priamus senex

Supplex iliadum queſtibus ultimis
Raptatum petit hectora.
Sic paſtor neq; adhuc gnarus originis
Tot reges latius ſubruit incola.
Quęrendus ſimili nęnia/& ipſe mox/
Annis cuncta trahentibus.
Qui ſcis an melior nos manet exitus?
Viuendum eſt lare quocunq; libet deis.
Quãuis auſpice ego Cęſare/nec larem
Deſpero patrium mihi.

IN EVMELONEM

Indignos uita putat Eumelo quãdoquidẽ illam
Et flãmis totiens/& gladio obiicimus.
Sed magis indignus hac Eumelo fanda nefanda
Qui patitur: uitam ne gladio obiiciat.

DE HIRVNDINE

Quid uaga tot terras urbeſq; emenſa uolucris/
Colchidos in ſæuo nidificas gremio?
Pignoribuſq; tuis credis male ſana fidelem?
Ipſa ſuos partus quæ laniauit atrox.
Ni fętus exoſa tuos Pandione nata
Phaſiaca quæris perdere ſæuitia.

IN ECNOMVM

Huc huc maligna uerte: quo fruſtra fugis:
Vix hoſte uiſo uipera?

Et iam tenenti frigidam tarde obiicis
Seram hostibus fossam uelut?
Ceu præstet inter ipse quos nosti, mero
Fregisse noctes improbas.
Quid q pelasgum nomen, & patriæ decus
Sub uoce mordes græculi:
Quasi pulciana tesqua fodientem patrem.
Laqueos ue fratrum noxios.
Quin quicquid usq̃ est pestis innatæ euome
Deprehensus in psylli manu.
Qua tot latinos principes linguæ uiros:
Ausus lacessere tot meos:
Agedum euome inq̃. iam ne sentis sacrũ iners
Sonum & parata uerbera
Rumpere: quid circũspicis frustra? moras
Quid nectis obscenum caput?
Adeste iambi: rapite, cedite, trahite.
Sed supplices tendit manus.
Bene habet. uomit. proh quæ lues, uerũtamen
Non nisi timenda inertibus.

DE AGESILAO

Nũtia magnanimi uolucris Iouis, ede quid urnæ
Inuicti rostro cudis Agesilei?
Ipsa inter uolucres quantũ caput effero, tantum
Mortales omnis cedere Agesileo.

DE LAV. MEDICE PETRI FRANCISCI FILIO.

Felix ingenii, felix & gratiæ: opumq;
Laurus, & antiquis non leue nomen auis:
Quęrenti cuidam num plura his optet. ut inquit
Et prodesse queam pluribus, & cupiam.

DE MAXIMILIANO CAESARE.

O felix nimium dies
Vere digne mihi Threicia nota
Tandem sospite Cæsare.
Qui flexo ueluti uictima poplite
Pene conciderat modo,
Tincturus gladios sanguine ciuicos.
Ni motus prece publica
Fecisset facinus Iuppiter irritum.
Heu nil cautum homini satis.
Nam quid tela uirum? quid miseri adriæ
Vitamus freta turbida?
Autũnosq; graues febribus annuis?
Si peiora manent domi.
Et non tuta suo regia Cæsari est.
Quã prope: & pudor & fides:
Momento periit, nudaq; ueritas.
Quã prope ingenii uigor
Virtutisq; capax dextera splendidæ.

O ſaltem his ſuperi malis
Contenti, facili dehinc ope ſoſpitent
Tandem uindice dextera
Purgantem iuuenem tot nemeis ſola,
Tot præſepibus efferis,
Humano ſaturis ſanguine iam diu.

FINIS TERTII

Michaelis Tarchaniotæ Marulli Conſtanti nopolitani Epigrammaton ad Laur. Medicen Petri Franciſci Filium Liber QVARTVS

AD LAVR. MEDICEN PETRI FRANCISCI FILIVM

q Vartus hic ẽ tibi ꝓmiſſus bone Laure libellus
Vltima tã breuibus cura futura iocis.
Qui tamẽ exiguus ꝗuis miniiqꝫ libriqꝫ eſt,
Exiguus forſan non erit ingenii.

DE NEAERA

Tota eſt candida, tota munda, tota
Succiplenula, tota mollicella,
Tota nequitiæqꝫ, amorqꝫ, tota

Elegantula/tota delicata/
Tota mel mea uita ſacharumq;/
Et tota aſſyrii indiciq; odores.
At ſunt qui tamen hanc negent amandam
Martellusq; meus/Reſorbolusq;:
Quid ſi iidem aut oculos negent amandos?
Aut ſi quid magis eſt amandum ocellis.
O uiros lepidos parum/ac moleſtos.

DE DAPHNE ET APOLLINE

Tuta ſuis mõſtris/& iã noua laurea Daphne:
Sic quoq; amatori ſed tamen aſpra deo.
Nũc ait exulta ramos complexus inanes.
Vt tua ſim/coniunx non ero nempe tua.

AD ALEX. SCALAM

Felix ſorte patris boni.
Sed multo magis & corporis egregi
Dote/& pieridum ſacris.
Quas non ſcala modo plurium inutili
Sed morum pariter duces/
Et culti ſequeris carminis arbitras.
Hoc Sappho melior mea.
Cuius facta domi dictaq; plurima
Præſtans ingenium inquinant.
Nam quo tantus amor Caſtalii chori?
Si nec lingua pudentior

Cultu, nec melior uita scientia est
Exemploq; Aganippidum.
Olim quas ideo prouida uirgines
Sanxit relligio patrum
Non uisu faciles non aditu deas.
Nempe nulla quibus fora:
Aut cętus hominum contribuit leuis.
Sed curis uacuum nemus,
Et spelea pigro roscida frigore
Culpæ materia procul.
Ergo non epulis magnanimi patris
Adsunt, aut temere aureæ
Docta fila lyræ sollicitant manu.
Ipse dux Patereus chori
Iussas sæpe deum dicere pręlia,
Et cęum ęnaria grauem.
Coram matre licet uix iterum audiit.
Nam de Pallade mentio
Si quando orta, probant cętera, sed neq;
Currus & galeas, neq;
Tot pugnata probant pręlia uirgini
Multoq; aptius autumant
Versari in calathis fęminam inertibus.
Quorum iudicio graui
Accedis teneris tu quoq; ab unguibus.

Non aut diuitiarum egens/
  Aut morum male quos ſæcula perferunt.
Sed felix uacui ingenii
  Seceſſu tacito/& pectoris artibus
Integris animi bonis.
  Quæ non ulla poteſt eripere aut dare
Fati iniuria ſęuiens.
  Ergo tempus erit cum tua nomina
Cum mores/tremulæ ſenes
  Natabus referent multaq; pars nurum
Seræ ad lumina tedulæ
  Hoc ſermone graues decipient manus.
Forſan & patrum origine
  Confuſa ac generis legitima nota
Sæcli ambagibus inuiis:
  Aut Phębo genitam aut magnanimo Ioue/
Muſarumq; ferent chori
  Vnam ſæcla uirum te quoq; poſtera.

EPITH. TELESILLAE

Si patriã / patria eſt Argos. ſi nomina quæris
  Scire/ Teleſilla nobile nomen erat.
At ſi artes animosq;: uetat pudor hiſcere de me.
  Muſa ſed has: dicent hos lacedęmonii.
Nam quanuis pudeat Spartẽ ceſſiſſe puellas
  Vera tamen fari mos lacedęmoniis.

AD IO. LASCAREM.

Iane uatis amor tui /
  Vnus qui patria tam procul a domo
Seceſſu frueris tamen /
  Et contentus humo uiuis in hoſpita.
Felix / quem neq; turbidi
  Bellorum ſtrepitus: nec creperæ uices
Terrent: & grauis alea
  Fortunæ / indocilis ſtare loco diu.
Sed ſacri medius chori
  Muſarum / facili pectore deſpicis
Praue quæ populus nocens
  Miramur / neq; uoto / neq; ponere
Aegris gnari animis modum:
  Et res flagitiis ſoluere non ſuis.
Nam quæ tam fera peſtilens?
  Quam non ingenio uincimus improbi.
Vel pictas referas licet
  Tygres: uel libycæ immane iecur leæ:
Inter ſe probe obambulant.
  Nec prædæ / niſi dum pulſa abeat fames /
Naturale malum incubant.
  In diuerſa furor ſcilicet omnibus.
Soli mutua uulnera
  Exercemus / atrox ſoli odiũ in genus.

Indignoq; cupidine
  Cæci, iura pii ſanguinis heu modis
Turbamus miſeri omnibus.
  Ergo Ixioneis conditionibus
Verſati aſſidua rota,
  Pertuſa laticẽ quærimus amphora
Fruſtra. quatenus improba
  Mentis cura eadem tempus in ultimum
Imis pectoribus manet:
  Aeque certa foris certa domi comes.
Nec quæ olim ueteres pii
  Comenti, lacubus ſub ſtygis ultimæ
Cuncta extrema merentibus,
  Sentimus miſeri nos mala perpeti
Nam quid quæſo aliud iecur ue,
  Obſcenæq; nigri uulturis dapes?
Aut ſaxum capiti iminens
  Impuro: & mediis fluminibus ſitis?
Quã congeſta pecunia
  Forſan deteriori: & tituli graues
Mentis non ſatiabilis.
  Pendentis dubiæ de ſtudio leui
Plebis uſq; Quiritium
  Hæc certiſſima uti ſunt, ita nos quoq;
Fatemur bone Laſcares.

Nam quis lucidum eat inficias diem?
Acres ſed catuli uelut
Latratam ſemel aut urſam Erimanthino in
Iugo / aut multiparam ſuem:
Sectamur ſoliti quæ noceāt mala.
Donec (ſed prius Herculis
Olim quos memorat fama laboribus
Infracti) gladio hoſtico
Soluamus miſera hæc membra anima graui.

IN QVENDAM.

Cum tibi nō tacto ſtatuas ex hoſte Trophęum:
Miraris ſæuam cur abit in Nemeſim?

AD MODESTVM.

Quod nomen titulis noui ſepulchri
Quinteri renouas tui Modeſte /
Rem facis mihi crede dignam amico /
Te dignam. quid enim fidesq; amorq;?
Quid pars altera pectoris ſodales?
Si damus cineri ferenda cuncta:
Nec uiui niſi / commodiq; amamur.
Hoc eſt pectoris ingeniq; amici:
Vbi olim quoq; uiuimus ſepulti.
Et nigris ſtat honos ſuus fauillis.
Quare perge Modeſte quæſo / perge
Quem uiuum modo amaſti amare ademptum.

Nec parce ſtudio ue ſumptibus ue/
Exemplum memori futurus æuo.
Nam qui non amat oſſa non amabat.

AD PAVLAM

Dura prius cunctis/uni mihi Paula benigna
Vnde aliis facta es blanda/inimica mihi?
Crede mihi fingas licet omnia/iam mihi pridem
Nota es/nunc uero nota quoq; es populo.

DE QVARTO ET ANV

Quartum rogata cur anus ſaluum uelit
Peiora dixit horreo.

AD BAPTISTAM FERAM

Iam æſtas torrida tertium
Aeſtatiſq; parens flaua redit Ceres
Cincta concaua tempora
Fecundæ ſegetis muneribus ſacris
Ex quo perditus occidi
Auulſus dominæ Fera meæ ſinu.
Cuius uel ſtyge naufragus
Obtutu poteram reddier unico.
Cum per tot nemora interim/
Tot ſyluas uagus/& ſicubi peruia
Vnis antra patent feris:
Nequicq̃ mihi me ſubripio miſer.
Nam quæcunq; oculis patent:
Illic continuo uultus & aurei

Occursat capitis decor:
Et quę nec fugere est lumina/nec pati.
Ipsa robora habent genas
Oris purpurei/& pectora eburnea.
Ipsa sybila frondium
Carum nomen/& agnosco sub amnibus
Responsantis heræ sonum.
Tam diuersa locis quam regio tenet.
Olim fabulam ego/impiis
Terrendis stimulos rebar/& asperas
Vltricum Eumenidum faces.
Sed prorsus nihil est usq; adeo leue:
Quod non sensibus intimis
Admissum/moueat sede animum sua.

EPI. CONSTANTIAE BENTIVOLAE

Bẽtiuola hoc tumulo ẽ Cõstãtia. si modo inanes
Bentiuolæ cineres/bentiuolam esse damus.
Sed quota bẽtiuolę pars hic cinis/& pigra moles?
Quæ mors ex illa sola tegis tumulo.
Nã pudor & quæ ipsa est artes & uiuida honesti
Cura/tenent meritis astra parata suis.

AD FAVNVM

Syluarum nemorumq; Faune cultor/
Vnus naiadum timor sororum:
Seu parant posita lauare ueste
Lasciuum uitreis latus sub undis:

Seu molli recreare membra ſomno:
I lex ſicubi amica & alta fagus
Excludunt radios potentiores.
Vnam Faune meam caue laceſſas:
Vnam inq̃ mihi cariorem ocellis.
Quæ ſit forſitan aut ubi requiris:
Quam cernes mediam nouem ſororum
Nec uoce impare nec decore formæ,
Concentu fluuios morantem ethruſcos:
Ducentemq; nouo lepore ſyluas
Mellita comitante dicta ſuada.
Hanc unam precor o benigne caſtus
Caſtam prætereas & integellus
Auerſis oculiſq; uultibuſq;
Si quando acciderit tibi uidenda.
Nam timet mea Scala non latere
Neu nos fraude mala deus laceſſas.
Sic Nais tibi amica, ſic Dianæ
Mitis dextera & irritæ ſagittæ
Sectanti comitum choros ſuarum.

IN QVENDAM

Et uere & belle te nullũ decipere inquis.
Neminem.n. cunctos fallere, decipere eſt.

IN ECNOMVM

Dic aliquẽ ſodes dic Ecnome quæſo colorẽ.
Hęremus almis occupati legibus.

Quid de legatis falcidia dic age ſancit?
Sophiam magiſtri iura non exponimus.
Ecquid ſtare poteſt ſola uirtute beatus?
Virtutem inertem omitte naturam inſpice.
Cur raro arctois bacchantur fulmina lucis?
Atqui libellos nouimus non fulmina.
Quos agedū ſi phas quos Ecnome q̄ſo libellos?
Medicos, peritos ſyderum, & id alios genus.
Fas ne paroxyſmi febrem curare diebus?
Ego ne ualens de febribus uerbum loquar?
Num licet infauſtos ſignorū auertere curſus?
Quin his relictis ad ſtudia uetera redi.
Incipe ſic capiti ſemper pater adſit Iachus.
Non Daphni matutinus redis huc ne ue alius.
Atqui non pes hic, non Ecnome ſermo latinus.
Abi homo minuta hæc ſpernimus docti uiri.

DE BILIOTTO ASTROLOGO

Dum cauet aſtrologus perituris ſydera amicis,
Dum ſibi boletos non cauet, ipſe perit.

DE LAVDIBVS RHACVSAE

Rhacuſa multis gens Epidauria,
Sicana pubes pluribus, at mihi
Vt nomen incertum genusq;
Grande ſoli decus urbiumq;
Quaſcunq; longus ſubluit Adria.
Quo te merentem carmine proſequar?

Non falſus/aut ſomno petita
Materia ſine teſte inani.
Amica quondam dulcis/ubi puer
Primas querelas/& miſeri exili
Lamenta/de triſti profudi
Pectore non inimicus hoſpes.
Hinc me locorum uis rapit aſpera
Euicta cultu/ſaxaq; mollibus
Seruire Phęacum uiretis
Iuſſa uirum docili labore.
Et cuncta creſſa uite nitentia
Qua longa ſercus brachia porrigit
Obiectus hibernis pruinis.
Et boream populis tuetur.
Hinc tuta paſſim ſponte deum freta:
Littuſq; fretum portubus/& bonis
Gens lęta conuectis utroq;
Limine flammiferentis aſtri.
Hinc ipſa muro męnia duplici
Educta cęlo. pars licet altera
Natura/& abrupti ſuperbit
Rupibus aeriis profundi.
Complexa portus mole Cyclopea
Vrbiſq;. quantas diuitias neq;
Mater ſyracuſę tulere/
Nec gemino mare diues Iſthmos.

Et si ista(q̄q̄ maxima/nec nisi
Concessa raris munere celitum)
Virtutis & laudum tuarum
Vera loqui quota pars uolenti.
Cum morem & urbis sæpe animo sacra
Tot iura mecum cogito/cum decus
Pulchramq; libertatem auorum
Perpetua serie retentam
Interq; turcas & uenetum asperum
Et inquietæ regna Neapolis.
Vix qualis ætneo profundo
Vnda freti natat æstuosi.
Heu quæ suetum nec patitur iugum.
Nec si carendum sit/ferat otium.
Incerta uotorum/suisq;
Exitio totiens futura.
Nam quæ remotis usqueadeo iacet
Gens ulla terris?quod mare tam procul
Ignotum acerbis appulorum
Exiliis/calabrumq; cladi?
Non his beati quæritur artibus
Quies honesti:non bona strenuæ
Virtutis:& frugi parata
Regna domi populiq; pace.
Sed hæc silenti non patiens amor.
Tu uero ceptis artibus optima

Rem auge/decusq;. & nationum
Vt merita es caput usq; uiue.

AD ALEX. SCALAM

Qđ tam tota decens formosaq;/tota uenusta:
Rara quidem/sed non unica Scala mea es.
Atq; casta decens/at q; formosa pudica:
Dispeream si non unica Scala mea es.
Nam cum Pieridum reputo cõmertia sacra
Iam non ulterius unica/Scala dea es.

DE PHILIPPO DVCE BVRGVNDIAE

Olim cum maries audisset morte philippũ
Matrem uocantem patria/
Nate ait & patrię mox idẽ altorq; paterq;
Quid nomine erras tam pio?
Nec tibi me præter genitrix & cęsare saluo
Lugere cuiq̃ ingens nephas.

EPITH. BRACCI PERVSINI

Braccius hic situs est. quęris genus actaq;. utrũq;
Ni teneas dicto nomine/nil teneas.

AD SOMNVM

Somne pax animi quiesq; lassi/
Curarum fuga somne sęuientum/
Vnus qui recreas fouesq; sæcla/
Idem regibus & popello inerti:
Ecquid somne pater meremur uni?
Cur nos uel fugias adire prorsus/

Vel si quando uenis/graues dolorem
Vsq; sæuior asperiorq; amanti.
An non scilicet est satis maligne
Qđ uiui domina caremus heheu
Necdum pectus iners ferimus ense?
Ni tu nos quoq; somne territando
Tot horrentibus eneces figuris.
Nam nunc dente feræ petita iniquo
Frustra poscere opem/modo uidetur
Nostris exanimis iacere in ulnis.
Nunc aut montibus auiis relicta/
Aut syluis/lachrymis replere cuncta.
Nunc uasti maris obrui procellis.
Aut ultro mediæ insilire flammæ
Tandem duritiem execrans priorem/
Aut ferro dare pectus hauriendum.
Quæ si somne diu putas ferenda
Nescis ah nimias faces amoris
Et quid certa fides queat mariti.
Nescis q̄ miseris molesta uita est.
Quæ lętis quoq; sæpe finienda.

DE MATHIA CORVINO
REGE VNGARIAE

Legibus imperioq; aucto belliq; domiq;
Vix reliquus laudi iam locus ullus erat.
At postq̄ aonidum studia accessere benigna:

Vlterius dixi nil dare cura potest.
Vlterius das ipse tamen. crescenteq; passim
Plebe noua/e ꝓprio tecta/domosq; paras;
Sic ope sancte tua patriæ pater undiq; leges
Crescunt/regna/artes/plebs noua/tecta noua.

EPITH. MARIAE MARTELLAE BRACCI FILIAE

Hoc Maria in tumulo Bracci iacet/& putat heheu
Esse aliquis curę sæcla hominesq; deis?
Nã quo tãtus honos formę?& mẽs uirgĩe maior?
Si præmaturis tot bona danda rogis.
Quid ꝙ præcipiti delapsu extincta puella
Inuidiam fatis hac quoq; parte facit.
Ipsa tamen felix quotiẽs comprehendere nõ est
Tam cito de uitæ rapta puella malis.
Quæ partam in patriam uita meritisq; recepta/
Lęta deum fruitur cõmodiore solo.
At nobis non longa dies/nõ cõmoda tota
Aeternam hanc dement pectore amariciem.

DE PERFIDIA PVELLARI

Syluæ morelli non nisi beluis
Mihiq;/sed iam plus quoq; cognitæ
Mihiq; lamentisq; nostris
Quã patriis catulis ferarum.
Et tu dolentis non semel auctior
Fletu Remagi/ex quo placitum deis

Cnidiq; reginæ potenti
Mergere nos ſtygio baratro.
Vos ſol & auræ & cóſcia proh dolor
Ardoris olim ſydera mutui
Adeſte ſupremum ultimiſq;
Si merui date uim querelis.
Nã quo æſtuantis deinde nouiſſima
Seruantur oris uerba? ſemel mori
Si iam neceſſe eſt. quin ſuprema
Cor tumidum ſatiamus ira.
Non ſic capaci uis furit ignea
Fornace cluſa, aut fulmineus uapor
Auſtroq; nimboſoq; cauro
Aetherias glomerante nubes.
Hæc hæc fides eſt, hoc meruit meus
Ardor. quid ultra ſpe miſeri improba
Torquemur? incaſſumq; amantes
Quod cupimus meruiſſe auemus?
An quiſq̃ inanem uanius aera
Captet doloſis retibus? aut iubar
Solare conſertis feneſtris:
Quã meritis animos puellæ?
Crudele ſæclum, quas neq; amor mouet
Preceſq;: & ipſis de lachrymis uirum
Ceu rore uocales cicadæ,
Exhilarant male fida corda.

Ergo dum inanis pectore ſpiritus/
Curuæq; qualiſcunq; ſonus lyræ:
Chaoſq;/& ultríces ſorores
Perfidiæ memores precabor.
Quã॑q quid amens heu precor?aut cui?
Digna eſt fatemur quæ pereat male.
Sed ipſe non iccirco dignus
Qui precer hæc modo tantum amatæ.
Quin uiuat:& nos nunc quoq; ſentiat
Ingrata amicos.& facinus ſuum
Virtute de noſtra fideq;
Colligat/& fateatur ultro.
At ipſe longæ perfidiæ memor:
Tandem ſolutus compede diſpari:
Votumq; perſoluam potenti
Iuſtitiæ/Nemeſiq; ſanctæ.

EPI. INNOCENTII OCTAVI

Spurcicies/gula/auaritia/atq; ignauia deſes
Hoc Octaue iacent quo tegeris tumulo.

AD CAROLVM REGEM FRANCORVM

Si tibi Rex longinqua dies ac tẽpus amicos
Præſtat:& hic unus ſenſibus hęret amor:
Quis negat extremis numerãdũ/ĩfraq; receptos?
Cuius adhuc notum uix bene nomen habes.
At ſi certus amor/moreſq; in amante probantur:

Et placet in duris nobilitata fides.
Crede mihi quãuis addas Rex optime primis:
Ille nouus/primis non inhonestus ero.

AD PAVLVM

Qđ tam sæpe graui torqueris Paule dolore:
Et secat indignos sæua podagra pedes.
Non ultrix pęna hæc meriti/sed scilicet unus
Neue hominum felix/neu sine labe fores.
Tu tamen insanos animo supante dolores
Hoc magis inuictum tollis in astra caput.

AD PVELLAM ETHRVSCAM

Puella ethrusca/quæ meum
Pectus tot annos perdite
Torsisti amore mutuo:
Nũc nacta inanes discidi
Causas/nouis amoribus
Seruire inepta sustines.
Sacriq; uatis in locum
Asscisti amantis nobiles
Vsura quos pascit grauis/
Et institura patria.
Qualis decebat scilicet
Quã dii deęq; tã ĩprobi
Sceleris ut ęquũ ẽ puniũt.
Vale puella perfida:
Olim Marulli ocellule:

Indigna nostris ignibus:
Indigna tam certa fide.
Me post Neęram fęmina,
Vel nulla quod magis uelim:
Vel certe habebit firmior.
Tu spreta, tunc demum scies
Quantum profani & sordidi
Distent marulli amoribus.

EPI. PAVLI TAR. AVVNCVLI

Qđ procul inachiis tegeris carissime ab oris
Desine de fato Tarchaniota queri.
Vna eadem terra est quam cernis ubiq; locorum,
Nec magis Elysium hinc aut minus inde uiæ.
Nãq; nobis mandata satisq; superq; dedisti
Tot rerum inuictus pondere & exilii.

AD CAMILLAM

Odi te mihi crede quantacunq; es,
Odi confiteor Camilla, sed quam
Et odi & magis in dies magisq;
Velim odisse, sequi atq; amare cogor.
Sic me amor retrahit tuus trahitq;,
Sic quem sæuitia fugas proterua
Tam raræ reuocas decore formę.

EPI. IO. PICI

Occidis ætatis media q̃ Pice iuuenta
Vltima Socraticæ flenda ruina domus.

Nec uel nobilitas uel opes uel gratia formæ
Profuit/aut animi tot bona rara tui.
Non hoc crede mihi naturæ iniuria matris
Larga uel imprimis quæ fuit una tibi:
Sed uitæ documenta hominũ/& q̃ fluxa sit ollis
Forma/genus/ dotes ingenii/imperia.

AD CAROLVM REGEM FRANCIAE

Inuicte magni Rex Caroli genus
Quem tot uirorum/tot superum pię
Sortes iacentis uindicemq;
Iustitiæ/fideiq; poscunt.
Quem mesta tellus Ausonis hinc uocat/
Illinc solutis græcia crinibus/
Et quicquid immanis profanat
Turca Asiæ/syriæq; pinguis.
Olim uirorum patria & artium/
Sedesq; uera ac relligio deum.
Nunc christianæ seruitutis
Dedecus/obprobriumq; turpe.
Quid cęlitum ultro fata uocantia
Morare segnis?non ideo tibi
Victoriarum tot repente
Dii facilem tribuere palmam.
Primisq; in annis & puero & patris
Fauore casso/tot populos feros
Adusq; pug naces britannos

Alpibus Allobrogum ab niuosis
Iussere uictos tendere brachia.
Si te decori gloria splendidi
Nil tangit, immensumq; in æuum
Nomina per populos itura:
At supplicantum tot miseræ exulum
Sordesq; tangant & lachrymæ piæ.
At christianorum relicta
Ossa tot heu canibus lupisq;
Fedisq; tangat relligio modis
Spurcata christi, sospite galliæ
Rectore te nobis potentis.
Cuius auum proauumq; clara
Virtus, furentem barbariem unice
Et sarracenos contudit impetus.
Cum sæua tempestas repente
Missa quasi, illuuiesq; campis:
Non occupatæ finibus africæ
Contenti, hiberi non opibus soli:
Sperare iam gallos, & ipsum
Ausi animis Rodanum superbis.
Sed nec bonorum tunc superum fauor
Desideratus: nec tibi tam pia
In bella eunti defuturus
Carle, moras modo mitte inertis.
Occasionem & quam tribuunt cape.

Aeque nocentis dissimiles licet
Gnarus/patrantem/quiq; possit
Cum scelus haud prohibet patrari.

EPITH. BEATRICIS ESTENSIS

Soluerat Eridanus tumidarũ flumina aquarum.
Soluerat/& populis non leuis horror erat.
Quippe grauis Pyrrhæ metuẽtes tẽpora cladis:
Credebant simili crescere flumen aqua.
Ille dolor fuerat sæuus/lachrymæq; futuri
Funeris: & iustis dona paranda nouis.
Scilicet & fluuios tangunt tua acerba beatrix
Funera/nedum homines męstaq; corda uiri.

AD IANVM MEDICEN PETRI FRANCISCI FILIVM

Amorem ocellis insidentem fulgidis
Vidi beatæ Ruueræ.
Charitesq; circum/& Dionen Auream
Spretis Cytheris dulcibus.
Hic me uolentem aut arma principis mei
Deuota fari patriæ:
Tuas ue laudes Iane & antiquum decus:
Quo raperis imprudens ait?
Tun tot uirorum tot poeta uirginum
Meusq; longum signifer
Vnam relinques Ruueram indictam meam?
O immemor nostræ facis.

An poſt Neęræ funera & triſtes rogos:
Tu quoq; iam amorem negligis?
Habuit fatemur illa & ardentes faces,
Et noſtra ſecum ſpicula.
Multoſq; ſæpe matre, multos impotens
Me quoq; uetante torſerat.
Verum ipſa cęlo dignior tandem ſuo
Templis deorum internitet.
Nos tot beatis utpote excuſſi bonis
Quæ nulla reddent tempora:
Męſti tenebris egimus uitam diu.
Acturi in omne ſæculum:
Ni peti ocelli Ruueræ, & flauus decor
Collo iacentum crinium
Vultuſq; quales mater, aut matris ſoror
Pallas uelit Tritonia:
Sceptris honorem reddidiſſent imparem
Fateor: pigendum non tamen.
Nam quid decori pectoris papillulas?
Latuſq; dignum cęlite?
Quid cilia dicam Biſtonum æmula arcubus?
Cum prima temptant pręlia.
Iam colla eburnea: iam indicos elenchulos
Oris: feraſq; turbidas
Mulcere nata uerba, & amnis ſiſtere
Altis citatos curſibus:

Iunone dignas iam manus/iam cætera
Egregia paucis exequi
For mam cytherę matris & laudes meæ/
Eſt uelle paucis exequi.
Sed hæc caduci cuncta flos æui breuis.
Aeque roſetis gemmeis/
Quæ mane ripis ſileris aprici noua/
Surgente marcent ueſpere.
Ni tu rogatus dulcibus uates meus
Tuis camęnis ſubuenis.
Quæ mortis atræ legibus/quæ temporis
Potentiores inuidi/
Viuos/ſepultos/quos uolunt raptos humo
Per ora mittunt gentium.
Qđ ſi petenti nec ego/nec mater tibi
Vnq̃ cythere defuit.
Si Septimillam/ſi dedi gliceren piam
Quãuis petitam tot procis.
Si ipſam Neęram ſpecimen humanæ unicum
Naturæ/& exactum decus.
Neæram honeſtum nomen æternum mihi.
Vires Neæram Cypridos.
Cuius quotannis męſta nunc tumulo quoq;
Charis capillum demetit.
Per ſacra Phębi quæ ſacerdos fers tui/
Nouemq; muſas numina:

Per ſiquid eſt quod tela adhuc poſſunt mea,
  Sat tibi ſuperq; cognita,
Oro, malignis eripe hanc tenebris quoq;
  Obliuionis luridæ:
Famæ leuatam curribus uiuacibus.
  Muſa nouante ſæcula.
Hæc ille. ſed mihi redditę Antoni mei
  Vrgentiores litteræ,
Alpes citatis paſſibus tranſcendere
  Ad galliæ motum iubent.
Quare monenti Iane tu pare deo.
  Ego ſequar arma principis.

FINIS
EPIGRAMMATVM

AD ANTONELLVM SANCTO SEVERINVM PRINCIPEM SALERNITANVM

Si tuus est uates, si cuncta uolumina uatis,
Quæris præcipue cur tuus iste liber.
Sol quoq; cuncta regit, solis tamen unica sedes.
Hæc eadem regum est quæ superũ est ratio.

MICHAELIS TARCHANIOTAE MARVLLI CONSTANTINO POLITANI HYMNORVM NATVRALIVM LIBER PRIMVS.

IOVI OPTIMO MAXIMO

B IOVE PRINCIPIVM, IOVIS
est quodcunq; mouemus.
PRIMA MIHI GRAVIORE SO
no dicenda potestas
Est Iouis: hinc magni diuum tot numina mūdi,
Hinc rerum natura parens, hinc lucidus æther,
Quæq; sub incuruo uariantur plurima cęlo.
Sed neq; Pieridum præsentia uatibus antra,
Nec tu care satis nostris Pimplęe camęnis,
Parnassusq; biceps, facundaq; flumina largæ
Phocidos. ipse animū uati, mentem ipse ministra
Sancte pater, siue ætherio delapsus olympo
Enthea diuino præcordia concutis ęstro
Ignotasq; uias aperis, teq; ipse recludis:

Siue iubes cinctum solis caput igne tuentem /
Ingenio / mentisq; oculis ad inane leuatis /
Eminus informi quæsitum ostendere in umbra:
Effigiemq; tuam primos & ducere uultus.
Nam quanuis solusq; reples / solusq; gubernas
Omnia / & occasus æque moderaris / & ortus:
Quãuis qcqd adest/quodcũq; ubicũq; uidemus /
Ipse idem es: penitusq; nihil / nisi Iuppiter usq̃:
Quis tamẽ infirmi cõprehendat pectoris haustu?
Quem mare / quẽ tellus / uacui quẽ nubila cęli /
Nõ capiũt / sanctiq; patens plaga lucida regni.
Effugit humanos diuina potentia fines:
Mortalesq; hebetat captus / & pectora pigra:
Ex quo cęlicolæ natali sede relicta /
Inualidos artus terrenaq; membra subimus /
Corpoream iussi molem compage tueri.
Nam simulac tenebris / & inerti carcere clausi
Mortiferum stygiæ sonum potauimus undæ:
Excidit offecto solidum de pectore uerum:
Pro rebusq; leues nequicq̃ amplectimur umbras /
Antiquæ patriæ ac ueræ rationis inanes.
Hinc rapit ambitio / rapit hinc furiosa libido /
Inde metus bella aspra mouẽt / & gaudia / & iræ /
Raraq; in humanis non mendax gloria rebus.
Ipsi inter facies / simulachraq; mille ferarum

Impia circeæ depaſti pocula menſæ
Obſcęnis ſtabulamur haris: nec tecta paterna
Reſpicimus / dulcemq; ithaco de culmine fumũ:
Iampridem in fędas dociles tranſire figuras.
Sed te moly tamen nobis tribuente beatum
Securi dominæ / atq; dapis: qua numina mõſtrãt
Nitimur ĩmenſum uenerari carmine puro /
Et rerũ auctoré / dominũq; agnoſcimus Aethræ.
Quem nõ principium / nõnulla extrema fatigãt /
Exptem ortus / atq; obitus. qui cuncta gubernas
Neſcius impii: totuſq; in te ipſe uiceſq;
Deſpicis æternus / & tempora ſufficis æuo.
Vnigenam ſancto ꝓlem complexus amore:
Aeterno æternam / & pfectam labe carente:
Cui rerũ late cuſtodia tradita ceſſit /
Et regni tutela tui: conſorsq; poteſtas
Tempat acceptas ſine fine / & tẽpore habenas:
Qui uarios rebus tribuis naſcentibus ortus:
Qui ſua naturæ præſcribis iura potenti:
Qui terras / cęlum / aera / aquas uertiſq; regiſq;:
Contentuſq; tua uarias quæcunq; quiete /
Mille ꝑ auguſtũ ſpargẽs miracula mundum.
Nam cum tota graui torpet machina aceruo /
Noxq; chaos denſis circundaret atra tenebris /
Perq; ſupiectas uolitaret ſpiritus undas

Mole recens orta / & uacuũ sola inane teneret:
Primus opes bonus ipse/bonas partiris ĩ orbem/
Squallentéq; nouo massam fulgore serenas.
Et tenebras luce/& tenebris lucẽ eximis atris:
Appellasq; diem/& nocti sua nomina ponis.
Primus aquis secernis aquas/ cęlũq; profundum
Erigis/æquoreasq; iubes discludere moles.
Tum mare substernis tumidũ: tũ lege uerenda
Imponis finesq; suos/& littora nereo.
Arridaq; ostentas mediis sola ꝓdiga in undis.
Apparent subitæ dictu mirabile terræ.
Diuitiisq; suis capitur iustissima tellus.
Atq; animũ facies mouet & uariantia rerum.
Nanq; uidebat uti modo cęlũ tangeret ipsum
Rupibus aeriis: ima modo ualle dehiscens
Infernũ chaos & nigrantes proderet umbras:
Nunc sola pacato diffunderet æmula ponto/
Temperie/ uerisq; opibus fęcunda benigni.
Seq; repentinis fluuiorum spectat in undis.
Tum noua suspendis rutilãti sydera mundo
Anguesq;/uolucresq;/ & pleadas Atlanteas.
Vtq; pruinosis lunares noctibus axes/
Portantem auroræ præponis lumina solem.
Solem sydereæ moderantẽ frena choreæ.
Obliquumq; iubes currus agitare per orbem.

Tum liquidum mutis fęcundas piſcibus æquor:
Aeriumq; leues ſpargis pinane uolucres.
Tum latas replere iubes animalia ſyluas.
Deq; ſolo genus humanum pducis inerti,
Et mentem inſpiras melioris origine formæ.
Cui qcqd mare, qcquid habēt ſola ſubiicis ipſa:
Exutoſq; olim terrenæ pondera molis
Rurſus in antiquam patriam das poſſe reuerti.
Vnde hominum curas tot deſpectemus inanes,
Incertasq; uices rerum, metuendaq; fata,
Et quanta mortale genus nox occupet umbra.
Salue ſancte parens, uere pater optime rerum:
Vere opifex. terræq; mala compage grauatos,
Dum data uincla nefas dirumpe carceris atri,
Eripe tot pelagi iactatos triſtibus undis,
Tot cæcis preſſos tenebris pater. exue uota
Impia. nil uanum, nil admiremur inane
Antiquæ memores patriæ. & quē corporis ægrī
Non licet, ingenii quæramus lumine puro.

PALLADI.

t E Te ſuprema maximi ples Iouis
Innupta Pallas inuoco.
Haſtæ potentem nobilis uiraginem:
Quam phorcis aſpat ferox:

Cum multilingue sibilis quassans caput
Procul ꝓfanos submouet.
O sola rerum / o lucidi domina ætheris /
O cęlitum sanctum decus /
Huc huc duelli pacis huc ades potens
Seu te tyrānicum solum / &
Vicina templa rupibus telonicis /
Seu fertilis Nilus tenet /
Siue alta Itoni saxa / siue argenteis
Vorticibus Inachus pater /
Siue in remotis optimi regnis patris
Dignata mortales parum
Aeuum beata ducis. & nutu omnia
Hæres paterna tempas.
Quo non metus / non inquies penetrat dolor /
Dubiisue senium gressibus.
Aut sydus anni noxium / aut auster grauis
Morbis domesticis sinum.
Sed cuncta uere germinant semp nouo /
Vicis malignæ nescia.
Et nunc fluentis irrigantur lacteis /
Nunc melle passim hymetio.
At ipsa curru flammeo septemiugo
Ter auream quassans comam
Longum citatas huc & huc agis rotas /

Aufis tremenda mafculis.
Subfidit æther ipfe / contremit fretum /
Emota refpondent fola.
At quæ trecentæ uirginis ftipant latus
Olea reuinctæ candida /
Pars hæret uno fixa in obtutu deæ /
Tam forti ab ore pendula.
Aliæ aut recenti lilio / aut fpargunt rofis /
Quod quæq; potis eft conferens.
Has pater Homerus inter / atq; Orpheus pater
Vterq; plectro adamantino /
Partum Chariclus fubfecuti nobilem
Laudes heriles concinunt.
Vt fola patris uertice ex ipfo edita
Hominumq; origo / & cęlitum /
Prima & nefandos aggeres difieceris
Audax paternis ignibus.
Ipfumq; fratrum maxime enceladum trucem
Non ante equeftris cognita /
Stagnis ꝓfundi tartari demiferis /
Mirante monftrum patruo.
Prima inquietis gentibus certas domos /
Stabilemq; dederis patriam.
Prima arce / prima męnibus ditaueris.
Prima optimis tot artibus.

Tu ſancta prima iura / tu legem inuenis:
  Commenta uim dignam malis.
Tu prima mentes compari nectis iugo.
  Tu ꝓpria tribuis pignora.
Tu celſa raptos tollis ad templa Aetheris.
  Tu patriam antiquam doces:
Cęlũq; patrem maximum rerum omnium
  Curis caducis ſubiicis.
Salue beati lucidum germen patris/
  Vere Phaneta ſplendide.
Eadem uirago / mas eadem / eadem furor /
  Sapientiaq; eadem / & quies.
Animiſq; noſtris ades / & atra nubila
  Diſcute tua ĩmenſa face.

AMORI.

a Lme cęleſtum genitor / potenſq;
  Aetheris lati uolucer Cupido.
Splendidum ſydus / geminæq; duplex
Gloria matris.
Quem modo inſanis agitata uentis
  Stagna delectant: mediiſq; in undis
  Improbus phorci nimia puellas
  Lampade aduris.
Nunc ab extremo pagrans Eoo

Vltimas gades / lybiamq; & arcton /
Dulcibus rixis / & amico amaro
Pectora uersas.
Sæpe magnorum medius deorum
Aethera / imensumq; tenes olympum.
Hic ubi missa supos sagitta
Flectis / & ipsum
Arbitrum rerum dominumq; patrem.
Cuius auditum pcul omnis horret
Cęlitum pubes / pcul omnis horret
Machina nomen.
Quid quod & nouas Chaos in figuras
Diggeris primus? docilemq; rerum
Mutuis nectis seriem catenis
Pace rebelli?
Quid q antiqua supata Anance
Suscipis mundum placidus regendum?
Quid q & leges / & habenda iura
Figis inermis?
Quod pegrinas animas caducæ
Deuocas massæ? populumq; inertem
Edoces terris hominum salubres
Iungere cętus?
Quod pias magnum pinane mentes
Aureæ sistis gremio parentis?

Gratiarum inter comites choreas
Seruaq; fata.
O quies magnæ reparatioq;
Grata naturæ / columenq; rerum:
O adoratum mihi rite primis
Numen ab annis /
Huc ades tandem puer o beate
Dexter / & cæcos miseratus ægri
Pectoris motus / agedum pphanis
Exime curis.

COELITIBVS.

a Vdi beatum sancta cęlitum cohors
Quæ templa olympi possides /
Stabileq; in æuum lucidas ambis Iouis
Rota domos nouemplici.
Rutilis uerenda uultibus / rutilis genis /
Comaq; rutila / & uestibus.
Tereti diurnæ lampados qualis face
Nubes coruscat obuia.
Aut cum cubile frigidum linquens / diem
Aurora sub nouum rubet.
Quotiens reductis excitat laboribus
Mortaliũ ægra pectora /
Quæ dulcis olim presserat sõno quies

Curis ſoluta edacibus.
Audi beata imago pallados bonæ,
Templum beatum pallados.
Cuius ſecura qua licet ueſtigia,
Sequentibus ducem exhibes.
Noſtrisq; uinclis libera, atq; onere graui,
Quo premimur infirmum genus,
Supra malignæ ſeruitutis terminos
Cęli pererras ardua.
Vtrunq; conſtans firmitate maſcula,
Cedente nunquam pectore.
Et nunc labores, & caduca protinus
Sceptra miſerata gentium
Modo labantis ſuſtines atlantico
Grauia ruinæ pondera:
Nunc mille inertes excitas myſteriis
Ignara liuoris mali,
Cęccoq; mentes inuolutas carcere
Nota prophani ſummoues.
Iam tum procellis debitam furentibus
Benigna ſubleuans ratem.
Mediiſq; nimbis, & freti fragoribus,
Arcton ſerenas candidam.
Verum huc beata cęlitum, huc ades uirum
Sanctiſſima expiatio.

Tuaq; fotos optima tandem face
In myſtica cohopta tua.

AETERNITATI.

i Pſa mihi uocē atq; adamātina ſuffice plectra
Dum caneris: ꝓpiorq; auſis in gentibus adſis
Immenſi regina æui: quæ lucida templa
Aetheris, auguſtosq; tenes auguſta receſſus:
Pace tua late pollens, teq; ipſa beata.
Quam pariter flauos crines intonſa iuuenta
Ambit, & indomitum nitens uirtus pede aeneo.
Altera diuinis epulis aſſiſtere menſæ,
Purpureaq; manu iuuenile infundere nectar
Hæc largas defendere opes, & pectore firmo
Tutari melior fixos in ſæcula fines:
Hoſtilesq; minas regno ꝓpellere herili.
Pone tamen, quanuis longo pone interuallo
Omniferens natura ſubit, curuaq; uerendus
Falce ſenex, ſpaciisq; breues æqualibus horæ,
Atq; idem totiens annus remeanſq; meanſq;
Lubrica ſeruato relegens ueſtigia greſſu.
Ipſa autem diuum circumſtipante caterua,
Regales illuſa ſinus auro, atq; argento
Celſa ſedes; ſolioq; alte ſubnixa pennī
Das leges, & iura oplo: cęleſtiaq; ægris

Diuidis/& certa firmas æterna quiete:
Erũnis priuata malis/priuata periclis.
Tum ſenium totis excludis ꝑuida regnis:
Perpetuoq; adamante ligas fugientia ſæcla.
Amfractus æui uarios/uenturaq; lapſis
Intermixta/legens præſenti incluſa fideli.
Diuerſoſq; dies obtutu colligis uno.
Ipſa eadẽ pars/totum eadẽ.ſine fine/ſine ortu/
Tota ortus/finiſq; æque.diſcrimine nullo
Tota teres: nullaq; tui nõ conſona parte.
Salue magna parens late radiantis olympi/
Magna deum: precibuſq; piis nõ dura rogari
Aſpice nos hoc tãtũ/& ſi haud ĩdigna precamur/
Cęleſtiq; olim ſancta de ſtirpe creati
Adſis o propior / cognatoq; adiice cęlo.

BACCHO

a Gedũ canite patrẽ theſpiades mihi bromiũ.
Sobolẽ igneã Iouis quẽ pepit bona ſemele
Puerum coma præſignem/& radiantibus oculis.
Aeuoe ſonant furenti mihi pectora rabie:
Nimioq; deo plenus cõcutitur grauis animus.
Aeue date cymbalũ huc / huc date cornua q̃rula.
Cingat uirentem mihi tęnia uipea comam:
Comã diffuſam animis ęoliis hederigeram.

Quã hĩc mille ſecutæ/atq; illĩc/trepidãte pede ſa
Viulẽt citatis edonides uſq; tripudiis //cro
Valido ſub thyrſo iacientes ui capita fera/
Aeuoe ſeſſore pãdi geminãte quadrupedis.
At ipſe uagus/anhelans/animo duce nimio/
Totus noua plenus mente ꝑ auia nemora
Orgya præcedã acutis celebrans ululatibus.
Orgya uerendis arcana recõdita calathis.
Penitus quæ ſanctis fruſtra captes ſine initiis/
Nouies ꝑpeſſus ſacra caſtalidos uada uitreæ.
Iam iam citatis terræ reboant ſola pedibus.
Oculiſq; negat medium nubes puluerea diem/
Gregibus cinctutis euantum deproperãtibus.
Fugiunt deſerta turbatæ per nemora feræ
Regio uolucres nec ſubſtinet ætheria ſuas.
Aeuoe impotẽti thyrſo grauis alme dionyſe/
Martie/bicornis/rex/omnipotẽs/femorigena/
Miſtice/thioneu/ultor/ſoliuage/euies/ſatyre/
Genitor deorum idem/atq; idẽ germen amabile/
Nyctelie/multiformis/himeneie/nomie/
Gemine/hoſpitalis/liber/pater/optime/maxime.
Domituſ quẽ gãgeſ/quẽ gẽmea marmora pelagi
Senſere primi/cui ceſſit terrigena cohors
Rhoethuſq;/mimaſq;/qui pẽthea q male nimiũ
Adigis Lycurgum tandẽ ſua pendere ſcelera/

Ausosq; deum in tenero nautas fallere puero.
Nam quid corymbis surgẽtia stamina subitis
Dominasq; dicam nequicq̃ deniq; trepidas
Sceleri quærentes per noctis opaca latibula?
Quid sera licet nõ neglecta piacula acrisii?
Tu sancte flectis amnes/truculentaq; maria/
Ruptisq; rotas decurrentia chia lapidibus.
Tu mella primus noua colligis ilice sterili.
Tibi uomer uncus debet/tibi spicifera ceres/
Tibi iura/tibi urbes/tibi mẽs bona nescia sceleris/
Tibi impotentis male perpetiens animus heri.
Tu robur consilio addis/tu numina supero
Reperis olympo primus/tibi sancta mimalonũ
Cohors insõni lustrant gelidã pede rhodopẽ/
Nimio diuulsos raptantes impete uitulos.
Tibi mille uatum præcordia sortilega fremunt.
Tibi ager uiret almus/ tu florea prata tepẽtibus
Zephyris coloras/tu dissona fęminia ligas.
Tu sęcla mundo sẽp fugientia reparas
Longa iuuenta. tu libras pondera machinæ:
Medioq; terram suspendis in aere stabilem.
Per te remota cęli ꝓcul ardua colimus.
Nimio diffusi præcordia nectare grauia.
Tu das deorum sáctis accumbere dapibus.
Salue benigne lychnita deum & pater hominũ.

Animoq; dexter/tua myſtica rite colentibus
Adſis / tuis nō ſine amoribus / & themide bona.
Themide nympharū ſtipata coricidū choris.

Finis Primi Libri

Michaelis Tarchaniotæ Marulli Con
ſtantinopolitani Hymnorum
Naturalium Liber
SECVNDVS

P A N I

IVAE Supremi Progenies Iouis/
Tuq; o choreæ Pieri dux ſacræ
Sortita frondoſum cacumen
Calliope nemoroſi olympi
Adſis canori pectinis arbitra:
Siue hoc ſub antro/ſiue ſub ilice hac
Motura concentus loquaces:
Dum medio tacet aura ſole.
Quos fęta tygris/quos leo parthicus
Mixti maritis / innocui gregis
Mirentur/offenſę prioris
Immemores / ſolitæq; prædæ.

Ruptoq; præceps Arnus ab aggere
Sistat citatum cursibus impetum
Longis. & ad uocem resultent
Carminis aeriæ cupressus.
Seu tu gigantas fulmine præpeti
Cęlo repulsos dicere: seu uelis
Cantare latonæ potentem
Progeniem celeris sagittæ:
Seu bellicosæ Pallados ægida,
Victas & urbes: seu potius iugis
Gaudentem intonsi lycęi
Pana uagi pecoris magistrum.
Qui per niuosi deuia uerticis,
Qua nulla presso stat pede semita,
Rupesq; in accessas capellis
Virgineas agitat choreas.
Nouisq; semper concitus ignibus
Blandum nouena cantat arundine
Auditus a primis Eoi
Sedibus hesperio colono.
Quod nec uirenti tecta sub arbore
Aequet uolucris garrula: nec citas
Cantando consuetæ morari
Voce rates triplici puellæ.
At cum renidens hesperus, os sacrum

De matris unda Tethyos extulit:
Spargitq; lethęos per orbem
Nox tenebris adoperta sõnos:
Tum uero quantus cęlicolis patet
Modo huc citatis curribus/ huc modo:
Quæcunq; sub cęlo / salubri
Mente pater peragrat / fouetq;.
Quem pone longo scilicet ordine
Ingens deorum subsequitur chorus:
Censi sub undenis magistris
Aede bonam remorante uestam.
Donec sereni uerticibus sacris
Accepti olympi / corpora de uia
Lassata / succussuq; longo
Ambrosiæ dapibus refirmant.
Illic uicissim nunc epulis diem
Terunt / soluti morsibus asperis
Curarum / & insõnis querelæ:
Nunc pateras iterant capaces.
Largoq; blandi nectare carminis
Donante uires / te recinunt patrem
Terræq; / uentosiq; Nerei
Pan bone / te genialis æthræ.
At ipse inertis nunc pigra machinæ
Fulcisq; / alisq;: & fędere mutuo

Triplex, & hinc triplex, per artus
Fusus, habes agitasq; molem.
Nunc consonanti dissona sæmina
Quiete firmas. nunc nitida infimis
Diuersa, non una catena
Consolidas, & aquarum & auræ.
Nunc plena Baccho pectora fertilis
Chaos tenebris multiuolum explicas.
Nunc cęca tot mundi malignis
Membra modis operosus ornas.
Cunctisq; largus, nec tamen ullius,
Fixis coerces omnia legibus.
Nec fine finis, nec priore
Sæminio pater omnium idem.
Salue deorum maxime Pan pater:
Pan rite, & idem rite diespiter.
Molisq; securis caducæ
Da pater ingenium salubre.

CAELO.

a Vdi felix patria superum
Omnia ferens, omnia continens,
Munde pater sedes alta Iouis.
Qui par nulli, similis uni,
In te totus, tuus es totus.

Qui fine carens / terminus omnium /
Longo terras circuis ambitu.
Opibuſq; late pollens tuis /
Sortis degis neſcius ægræ.
Qui naturæ ſancta potentis
Ipſos uocas ſub iuga cęlites.
Qui totus teres undiq; / & integer
Sua cunctis ſęmina diuidis.
Tu prona pater ſæcula parturis
Indefeſſam terens orbitam.
Tu perpetua cuncta catena
Prima ſolers nectis ab æthra /
Pater incertum rex ne melior.
O ſanctiſſime deorum pater
Pater naturæ / adſis precor / &
Vtcunq; mihi rite uocatus
Tua dexter nos ope ſoſpita.

STELLIS.

O Sæpe rerum perpetuas uices
Mirata mecum: dic agedum Dea
Stellas / & influxu tenaci
Cuncta iubar uarie pollens.
Nam ſiue mundi prima orientis / &
Ruptis creatos ilicibus uiros /

Cum primum in ignotas receſſit
Gleba recens animata formas,
Seu longa deinceps ſæcla reuoluimus,
Hinc omne principiũ omnibus, hinc modus,
Quæcunq; uitali ſub aura
Sol uidet exoriens, cadensue.
Hinc tot beatis terra nitet bonis.
Hinc inquietis ſæmina fluctibus.
Hinc ros, & imbres. hinc ſororum
Stamina perpetienda cunctis:
Nam cur inerti numina nenia
Et nocte fruſtra obtundimus, & die
Iouemq; ridentem precesq;,
Totq; ſuperuacuas quærelas?
Colendus ille eſt. ſed trahit omnia
Vis ſæua fati, turbinis in modum, aut
De monte torrentis niuali
Præcipites rapientis ornos.
Ipſoq; patrum ſæmine, protinus
Haurimus æui læta, dolenda. nec
Diſcedit a prima ſupremus
Lege dies, uariat ue diſcors:
Atq; hic paterno gaudet humum boue
Vertiſſe, & ulmis nectere pampinos.
Hic arma ſectatur, tubaſq;.

Hic Cypriæ melior carinæ.
Alter benignis ſyderibus potens
Repente Clarum tollit humo caput.
Daturus exemplum ruina
Forſitan immoderatæ habenæ.
Ille (ominoſa ſic rapiente ui
Aſtrorum) honeſtos dedecorat patres.
Et parta maiorum labore
Dilacerat malefauſtus hæres.
At ipſa cęlo lucida ſydera
Affixa / curſus deproperant ſuos:
Secura priuati laboris/
Dum ſtet opus ſolida catena
Naturæ / & æterni imperium Iouis
Fixum per omnes lege dies data.
Gaudentq; nil prorſus relinqui
Alterius moderandum habenis.
Gaudete noctis progenies ſacra
Stellæ beatæ. nos procul a domo
Quæ fata naſcenti dediſtis/
Interea miſeri feremus.

SATVRNO.

ſ Aturni celebres dies
Adſunt: & reſonant cuncta mero ſimul/

Simul læta licentia,
Aetatis memori scilicet aureæ.
Nos sicci tamen, ac uelut
Nunc demum patriæ mœnia fax uoret,
Cessamus: neq; tempora
Et pronos miseri respicimus dies.
Profer hyle puer cadum.
Da uati cytharam. pecten ubi aureus
Lauri mnemosynum mei?
Et blandum resonans par lyra pectini?
Nil insigne nisi iuuat
Indictumq;. iuuat dicere sæcula
Fortunata dei, ac sua
Crescentem cererem sponte, nec annuæ
Curæ debita semina,
Et lactis niuei flumina, flumina
Larga nectaris attici.
Cum pax atq; fides casta per oppida
Visebant hominum domos:
Nec possessa diu imperia, hospiti
Pigebat dare strenuo.
Nam quid maius habent cœlicolæ, patre
Saturno Iouis optimi?
Eodem magnanimo patre Iouis, Rheæ
Eodem coniuge maximo.

Quam de tauriſono bellipotens ſinu
Pater protogonus dedit,
Terrarumq; parentem, & liquidi ætheris.
Quis æque eſt alius potens
Idem cuncta dare, atq; idem alere omnia:
Idem cum libet, omnia
Parcarum memori lege reſoluere?
Quis fęcundior ingeni
Largitor? ſolidæ quis retinentiæ?
Quis & pauperiem pati:
Et niti melior cum duce par duci?
Hic ſeu caſta magis iuuant,
Felix caſta ſequi. ſeu taciturnitas
Et tenax animus ſui,
Obſeruare bonus tuta ſilentia.
Hic ſuſpendere fertili
Solers uomere agros. hic ſua ſæmina
Doctus fertilibus dare
Terris: & ueteres (um) chaonias dapes
Blandis uertere frugibus.
Quin quamuis ſenio debilis, & ſitu
Annorum, nihilominus
Et fundare domos ſtrenuus, & ſemel
Collectam rabiem impigre
Exercere modis omnibus efficax.

Saturne optime maxime,
Saturne omnipotens progenitor deum,
Absint hinc procul o procul
Et lugubre odium sancte precor tuum,
Et uis sæua. alios minæ
Importunæ, alios ira premat tua.

IOVI.

Iuppiter pie, Iuppiter
Benigne, optime Iuppiter:
Qui tuo nitidum æthera
Ambis igne beato.
Te cano placidum patrem
Terrarum, placidum æquoris:
Largum quicquid ubiq; adest
Fertili dare dextra.
Siue augere liber nouis
Glebas sæminibus rudes:
Siue enata, salubribus
Fortunare alimentis.
Et nunc sæua repellere
Syluis flabra uirentibus:
Nunc lætum sata cõmodo
Culta spargere rore.
Nunc rigentia flumina

Dura ſoluere compede.
Hunc defendere ſyrium
Aegris puluerulentum
Terris: & pecori mala
Momenta / arboribus mala:
Cum ſemel rabiem improbam
Tellus ſyderis hauſit.
Sed nec uere nouo thima
Complecti numero queam /
Aut quas ſæuus atabolus
Olim torquet harenas:
Nec ſi lingua adamantina
Sonet / uox adamantina:
Tuas expediam tamen
Laudes / & benefacta.
Aut cum falciferi patris
Almo ſydere temperas
Minas / & rabiem feram.
Quo non ſæuior alter
Seu libet miſera lue
Vrbes polluere integras.
Siue fasq; / nefasq; / graui
Inuoluiſſe ruina.
Aut cum fraude procul mala
Pulſa / nequitia procul:

Idem legibus omnia,
Idem moribus ornas.
At lugubre nefas uada
Horret tristificæ stygis:
Rotamq;, & capiti improbo
Imminentia saxa.
O cęli decus, o potens
Votorum, & triplicis boni:
Salue rite uocantibus
Felix Iuppiter alme.

MARTI.

a Ntiqua Codri progenies licet
Hinc arua bubus mille teras tuis,
Hinc dite seponas in arca
Quicquid arabs uehit æstuosus:
Frustra clientum dinumeres greges,
Et consularis pręmia purpuræ,
Frustra renidentes curules:
Et ueterum decora alta patrum:
Ni cuncta prudens diis referas bonis.
Hos nocte, castis hos precibus die
Supplex adores: hos in omne
Tempus opem ueniamq; poscas.
Nec uero, siquid durius accidit,

(Quæ multa uitæ fert uarius tenor)
Spem pręter: iccirco labare
Religio pietasq; debet.
Nam nec perenni terra uiret coma:
Et sæpe / sudo nunc capimur breui /
Nunc frustra inundantes procellæ
Terrificant / redeunte sole.
Quare (tot olim quanquã opibus patrum
Excussi / ethrusco carpimur otio)
Dic sancta / dic Clio parentum
Laude patrem solita gradiuum.
Heu tot suorum quem miseræ iuuant
Clades: repulso strimone thracio
Tectisq; byzanti superbis:
Tristia dum fouet arma turcæ.
Sed quid benignæ non faciunt preces?
Forsan minarum desinet hic quoq;
Iam tandem: & oblitus peracti
Respiciet propior nepotes.
Tunc me nec Orpheus carminibus pater
Aequet canentem: nec pecorum deo
Laudatus æstiua sub umbra
Multiloquæ fidicen camenæ.
Quanquam sonoris hic fidibus rudes
Duxisset ornos / & uaga flumina

Frenaſſet: hunc dignatus ipſe
Vltro epulis decimaq; Phębus.
Sed plena ſoluens pectora numine
Dicam arma / plectro dicam adamantino
Currus / & aduerſa iacentem
Cuſpide terrigenam cohortem.
Cum ſæua cunctis bella timentibus/
Superq; moles molibus additas/
(Sic pirma nil uirtus perhorret)
Mars cuperet tamen arma ſolus.
Mars tunc olympo primum oculis patris
Admiſſus: alta ſub rhodope puer
Haemoq; adhuc ſuetus leones
Cominus exagitare aproſq;.
Vt uero cunctos ancipitis mali
Concuſſit horror / terraq; partubus
Superba / creſcebat ſereno
Iam propior propiorq; cęlo/
Quid o quid annos digeritis rudes?
An ſic creari nil ait ab Ioue eſt
Pean o ætetnum carentes
Morte dei / & bone rex deorum.
Simulq; & enſem dat puero / & galeam
Aeratam / & hamis undiq; nexilem
Auroq; loricam trilicem:

Aeolii ſteropis laborem.
Excepit omnis regia plauſibus:
Primuſq; nutu Iuppiter annuens
Terrasq; concuſſitq; cęlum
Cynthe tua domina inuidente.
Et iam prophanæ uerſæ acies retro.
Iam terra monſtris ipſa ſuis grauis
Aeterna quid diſtent caducis
Senſerat / & manibus tonantis
Contorta / rhethi fulmina fraxinis.
Iam læta ſigno ſancta deum cohors
Redibat audito receptus /
Arma Iouis pariter canentes.
At non receptus ille / nec imperi
Audit uerendi ſigna: ſed improba
In cæde perſtabat / ferocum
Impatiens animorum / & iræ.
Ni iam tum & annos / & pueri uenus
Mirata dextram / nec faciem minus /
Complexa germanum benignis
Aurea continuiſſet ulnis.
Salue & uirorum Mars pater / & pater
Armorum: & olim (ſi merui modo)
Da quæſo / da gradiue pulchraq;
Ob patriam / atq; inopina fata.

VENERI.

IAm ſat huc illuc Erato uagata,
Arte concuſſas moderante habenas:
Dum per & tractus, & inane olympi
Curris apertum.
Flecte uocales agedum quadrigas
Sancta qua uocat genitrix amorum:
Flecte, quis neget genitrici amorum
Carmina danda?
Nunc & auratos bene pone crines,
Tortulum myrto cohibente cirrum.
Nunc & eois opibus grauatas
Indue ueſtes.
Qualis exortu, ſerieq; prima
Diceris rerum: Veneris parentis
Donaq;, & largas reciniſſe blando
Pectine laudes.
Ante nec terræ facies inerti,
Nec ſuus ſtellis honor: & ſine ullis
Aura torpebat zephyris, ſine ullis
Piſcibus unda.
Prima de patris gremio citheræ
Cęca naturæ miſerata membra,
Soluit antiquam minimum pigendo
Fędere litem.

Illa supremis spaciis remouit
Lucidum hũc ignem / mediasq; terras
Arte suspendit pelagusq; / molles
Inter & auras.
Tunc & immenso micuere primum
Signa tot cęlo : & sua flamina aer
Cępit / admirans uolucrum proterua
Prelia fratrum.
Tunc repentinis freta uisa monstris
Feruere: & noua facie / nouoq;
Flore / diffusos aperire tellus
Dædala uultus.
Iam greges passim uarios / boumq; ar
Menta: iam pictas uolucres / ferasq;
Surgere emotis erat hic / & illic
Cernere glebis.
At uirum quanuis etiam labante
Aegra plebs genu / meditari & urbes/
Tectaq; / & iam tum sociorum amicos
Iungere cętus.
Quos ferox inter medios Cupido
Acer it fratrum comitante turba.
Callidus quondam petiisse certa
Quencq; sagitta.
Seu libet magnæ genitricis alta

Templa / ſemota peragrare cura:
Seu procelloſæ per aperta uitæ
Flectere greſſum:
Siue mutato iaculis ueneno /
Mutuis tactos penitus fauillis
Carpere: & gentis breue uer / parata
Prole nouare.
Ipſa laſciuo Venus alma partu
Læta / nunc iunctis uehitur columbis /
Eriosq; altos / & opima cypri
Templa reuiſens.
Ridet & tellus ueniente diua /
Carpathi & rident freta: nec ſereno
Sibilat cælo / niſi blandientis
Aura fauoni.
Nunc nouis ſanctum caput impedita
Floribus / plauſasq; leuis choreas
Ducit: & paſſim uiolis ſcatentem
Ter pede nudo
Concutit terram. ſequitur iuuenta
Feruidum ſpirans: ſequitur uoluptas
Prodiga / & zonis charitum renidens
Turba ſolutis.
Spectat occulto latitans roſeto
Mars pater. ſimulq; cupit uideri

Et timet: ſimul uelut igne cæra ex
Vdat / abitq;.
Nunc ubi currus? ubi amica quondam
Haſta? quid tecum bone dux roſeto?
Nempe iam ſordent galeæ: aptiorq;
Crinibus herba eſt.
Illa tormentisq; / deiq; amore
Pulchrior: quam diſſimulat uidere:
Hoc mage occulta placuiſſe quærit
Callida ab arte.
Et modo ſuras teretes / reducta
Veſte / dum ſaltat ſtudioſa nudat:
Et modo pectus retegit / ſtatimq;
Claudit eburneum.
Sed Venus regina Iouis ꝓpago
Aurea / huc adſis precor: & maligna
Nocte diſcuſſa tua da beata
Viſere templa.

MERCVRIO.

e Rgo reſtabat mihi / proh deorum
Rex bone / hoc fatis etiam malignis?
Patria ut græcus ſacra / non pelaſga
Voce referrem.
Quiq; tot ſæclis tripodas ſilentes

Primus Orpheo pede rite moui:
Exul ethrusci streperem sonanda
Vallibus Arni?
Sed tamen delphisq; meis habenda
Gratia / & Maia genito beata.
Ille nec turpem exilio / nec unquam
Passus inertem.
Perq; tot terras / mala tot secutus
Per freta / huc fatis agitatum & illuc:
Largus / & scythæ dedit / & latini
Pectinis usum.
Forsitan (uanus nisi fallor augur)
Et decus labente daturus æuo
Exuli: magni inuideant quod olim
Sæpe tyranni.
Interim si non patriæ beata
Voce / qua grato licitum / cadente
Te canam Phœbo / tibi substrepemus
Syderis ortu
O potens uatum / geminiq; mundi
Mercuri interpres pater. unde primum
Fluxit & neruis honor / & decoræ
Copia linguæ.
Arte dum blanda populos recentes
Cęde deterres solita / suisq;

Prouidus ſyluis / meliora tandem
Quærere ſuaſos.
Inq; creſcentes facis ire muros
Marmora / ad uocem citharæ bicornis.
Dulce ſubſultim tremuli inſecuta
Pollicis ictum.
Nam quid & leges poſitas / & acris
Ingeni commenta loquar benigna?
Quis ſine / incaſſum ſteterant relictis
Oppida ſyluis.
Tu procelloſa uagus hoſpes alno
Adriæ curris freta. tu remotos
Gadibus ſeras / gelidisq; donas
Bactra britannis
Impiger mercator. ut omnia omnes
Gentibus terræq; ferant / & auræ.
Te tuus Ianuſq; / forumq; ſupplex
Orat auarum.
Quiq; uel penna / trepidis uel extis
Doctus euentura uidere: quiq;
Fluctibus ſolers / numeroſq; uaſtæ
Ponit arenæ.
Siue quis graia nitidus paleſtra
Barbaræ miratus opes oliuæ /
Vara piſæo redeunte nudat

Brachia lustro.
Siue quis cura meliore felix
Aethera, atq; ipsas animo capaci
Concipit stellas: positusq; cęlo &
Nomina dicit.
Iam leues sõnos dare, iam negare
Vestrum opus, uestrum pater argicida
Nocte sospitis aperire diuum
Condita fata.
Vestrum & aurata reuocare uirga
Sedibus functas animas sepultis.
Vestrum & inuisi spaciis iniquis
Reddere auerni.
Salue io uerum decus, exiliq;
Dulce lenimen, patriæq; uictæ.
Commodus per æque, animoq; gnauo, &
Rebus agendis.

Finis Secundi
LIBRI.

Michaelis Tarchaniotæ Marulli Con
stantinopolitani Hymnorum
naturalium Liber
TERTIVS.

SOLI.

Vis nouus hic aīs furor īcidit?und̄ repēte
Mens fremit? horrentiq; sonant præcor
dia motu?
Quis tātus quatit ossa tremor?pcul este pphani
Este. mouent imis delubra excussa cauernis
Aduectante deo / & mons circū imane remugit.
Scilicet antiquas tāto post tēpore sedes
Dignatur tamē: atq; situ marcentia longo
Antra subit consueta deum confessus Apollo.
Inspiratq; graues animos / & pectore magnū
Sæuit / agens oestro: furiataq; corda fatigat
Bacchantum rabie / atq; agitatu mentis anhelo.
Iam mihi discussa mortali pectore nube
Parcarum reserat̄ opus. iam pandit̄ ingens
Armorum series: & longum interprete cassa
Certatim tenebris quærunt erumpe fata.
Angustūq; premunt pariter tot sæcula pectus.
Iam mutat uigor: atq; hominē desueuimus ęgrū
Admissi supa depascere lumina luce.
Præsentesq; deos ppius / ipsumq; tuemur
Solus inexhausta qui lampade cuncta gubernat
Sol pater, unde etiam solem dixere priores.
Et patria longe moderat̄ imagine mundum.
Idē rex hominū atq; deū / pater omnibus idem.

Cãdida quẽ thia (ut phibẽt) hyperione magno
Conceptũ / rapidas acheloi fudit ad undas.
Ingentem ingenti / & radiantem luce paterna.
Nam cum cęlicolis hyperion cognitus unis
Degeret / humanis contingi captibus exsors:
Qui nisi de bruto nequeũt cape augmina sensu
Et tamen ignotus nollet p sæcla latere:
Auricomũ genitor fęcundo lumine solem
Edidit: effigiemq; sui formauit ad ipsam.
Per quem sublimes possimus tollere mentes /
Metiriq; animo / & conferre incognita notis.
Vtpote naturæ tantum qui uisilis anteit
Omnia: q̃ diuos inter pater emicat omnis:
Infra seq; premit magnorum sæcla deorum.
Ne ue loco terras non conueniente uaporet:
In media medium mundi regione locatum
Vmbrarum iussit / iussit confinia habere
Lucis: & ignitos hac exercere iugales /
Vnde queat ꝓpius tenebrosa accedere flãmis /
Et dare uicinum germanæ lumen opacæ.
Hunc dextra leuaq; anni / mensesq; / diesq;
Circũstant: nutusq; obseruant tẽpora heriles.
Ipse grauis quatiens gẽmarũ pondere habenas
Ingredit̃ / supis curru spectabilis aureo.
Qua pater obliquũ mediũ uia secta p orbẽ
Certa premẽs certus uestigia. cedit eunti

Continuo / flectitq; loco turba obuia diuum:
Regales ꝓpius uerita contingere gressus.
Munificus licet immensi partitur honores/
Inq; ipsos mundi moderamina diuidit ultro.
Cōmodus impium multis tenuisse secundis.
Non tamen ut summæ rerum inuigilare suetus/
Naturæ partem totius negligat ullam.
Nam sublima / inferna salutifer omnia flāmis
Ipse suis lustrat: lustrataq; seruat / & auget.
Cōplexus terram / atq; auras / cęlūq; ꝓfundū /
Et quæ mortales maria appellare solemus.
Permixtusq; tamen rebus / contagia nulla
Accipit: & cunctis uisus dumtaxat inhęret.
Hinc & sidonii stellis genus acre tuendis
Fecerunt capti uicino errore ruinas.
Luciferumq; omni priuarunt corpore fontem.
Esse rati puræ nimirum & simplicis actum
Mentis / de ꝓpria mittentis lumina sede.
Ipsa etiam lux quandoquidē sit corpore cassa.
Nec uero in morem rapidi cum fluminis acta
Omnia / materia faciente cupidine rerum /
Crescendoq; fluant totiens / crescātq; fluendo:
Aut alio donante nouas potuere sub auras
Surgere / & ætatis contingere lumina læta:
Aut offecta mali uoluendis mensibus anni /

Rursus in antiquam posito squalore iuuentam
Luxuriare: nouasq; iterum sibi summere uires.
Cum primum tepidi sub tẽpora uerna fauoni
Aura suum terris genitalem exuscitat auctum:
Aduentuq; dei gẽmantia prata colorat.
At pecudũ genus omne uiget / genus omne uiro
Perculsi teneras anni dulcedine mẽtes. // rum
Concurruntq; obnixi inter se frontibus hedi:
Et noua lasciuo ꝓsultant pabula motu.
Nec liquidũ tremulis cõcentibus aera cessant
Mulcere / & lætum uolucres pęana sonare.
Contectæ nemorũ uiridantibus undiq; ramis.
Et cum mane nouo terras sol exit Eoo
Visurus thalamo: & cũ seros uespere currus
Soluit / & oceano uiduas cõmẽdat habenas.
Donec in humentes spatiis decliuibus austros
Paulatim flexo secũ trahat omnia gyro:
Detq; locũ letho. & rursum regna altera mũdi /
Atq; alio terras longe beet orbe repostas:
Natura ꝓhibente moras rerumq; suaq;.
Nam neq; res alia non deficiente uicissim
Vlla potest dulces inuisere luminis auras /
Crescendoq; æuum cape / atq; assumere uires.
Et uita coram (quid enim nisi uiuida rerum
Vita / satorq; animaiũ æternus sol pater & fons)

Esse locum siquis letho putat / auius errat
Naturæ ꝓcul a uera ratione uagatus.
Ergo corporibus ne tandem exhausta creandis
Sylua cadat naturæ / aut sol pater omnibus idem
Occupet in parti totis bona debita terris:
Alterno temone / caui modo brachia cancri
Ignit: & æstiuam rectus ferit inde syenen.
Nũc pressũ ægocerota / gelu regna horrida lõgo
Saturni uisit senis. ignauaq; pruina
Pigros exhortatur equos / & uerbere sæuit.
Interea medius magnum ꝑmensus olympum
In cętum uocat / atq; imis annexa suprema
Componit docilis blandi dulcedine plectri.
Diuersasq; uno partis tamen intertextu
Vnit / ab unius genitoris imagine magni.
Et toto pater exercet cõmertia mundo.
Nõ tantũ grauitate carentia / põdere pressis:
Aut sicca inectens / humore fluẽtibus: aut quæ
Igne calent multo / glacie torpentibus acri:
Verum etiam mortalibus æterna atq; caducis.
Omnia / qua patet ĩmensi plaga lucida regni
Complexus stabili p mutua uincla catena.
Vnde parens natura / & amica dædala lite
Semina / de pulchro reuocato imitamine cęlo /
Tot facies uolucrum uarias / tot sæcla ferarũ

Concipiũt / tot marmoreo mõstra humida põto.
Diffusasq; beant cornu prædiuite terras.
Nam mentis uim diuinam mortalibus ægris
Quis nõ ætherio de sole intelligat esse?
Nunc quoq; terrena uideat cũ mole grauatos
Mutari tamen / ad mutati lumina solis.
Et pariter motusq; omnis / spésq; nouare
Ad nutum patris / & uariari tempus in omne.
Ille genus uiuat mortale. ille omnia sancta
Luce replet / uisumq; oculis / rebusq; colorem
Sufficiens. ligat ille benigna quæq; catena:
Atq; modis unit late bonus omnia miris.
Ille uices uariatq; annorũ : & gentibus ægris
Tempora metit simul idem / atq; explicat idem
Fatorum seriem / & non exorabile pensum.
Lucida ꝑ lapsus cęli duodena ꝑ astra.
Permutatq; uices / & amaris ꝓspera miscet
Nunc felix mihi / nũc alii. neq; enim bona semꝑ
Publica priuatas possunt admittere curas.
Et quid quisq; sibi prudés fugiat ue / petat ue.
Sed qua sancta trahũt diuinæ cõmoda summæ
Ipse artes / ipse ingenium / censusq; uiritim
Partitur / uariatq; modis. nunc infima rerum
Tollere humo / populiq; potés ĩponere habenis
Detractos opera / atq; alieni pondere aratri.

Nunc ſolio inſignes patrio, ſceptriſq; beatos
Deturbare loco, & præſens damnare ruinæ.
Aut alacres raptare in bella uirilia Martis,
Et ſtudio imani fuſi exercere cruoris.
Aut cæci deſideriis infamibus auri
Inquoquere. hos animi exigui, & ratiõis inanes
Deſidia, miſeroq; agitare cupidine rerum.
Hos cantu mulcere leui, & ſuſpendere biantes
Solis ad armenta, atq; incluſos utribus euros:
Infameſq; dapes ſociorum ithacenſis ulyxei.
Sæpe animis inflare tumentibus aſpera corda,
Vicinoq; ciere duello: & paſcere præda
Nec leges, nec dignatos cõmunia iura.
Sæpe modo uentri pecudũ dare, nequitiæq;:
Et damnare leues ſtactæ bene olentibus auris.
Aut inopes, regno extorres, formidine lethi
Heu miſeros uariis tamen exagitare latebris:
Bithynãq; fidem, & ponti male tuta querentes
Hoſpicia. uſq; adeo paucis mors optima rerum
Intellecta: atq; illudit uitæ improba ſyren.
Aut cocco rape immodico, pictæq; nitore
Veſtis: honorati præſtantes corporis auctu.
Sed nimios tamen, & plebis formidine lætos.
Interdũ ſine more, ſine ordine mittere quoſdã
In ſcelus omne: nouas lætantes nectare clades

Cladibus: insanaq; hominũ incrudescere cæde.
Et prædas uectare, & sæuis tradere flammis
Omnia: nec gnaros socus, nec parcere amicis.
Interdum facilesq; animi, morumq; benignos
Clarare: & trutina pendentes omnia iusta.
Et quibus indignum tenui insultare clienti,
Et pferre malis turbantes quæq; rapinis.
Nũc alios premere indecores, nec nomíe multo
Nec dignos fama: & tamen intra tecta timẽdos:
Et quorum impiosa domi fortuna paternæ:
Quiq; sibi plaudant nimio plus: & sua tantum
Mírati, nil præterea admittant ue, pbent ue:
Ignari prsus parere, & cedere cuiquam.
Nunc alios fędare libidine turpiter actos.
Non patriæ natos ue parentibus atq; ppinquis,
Non sociis, non ipsa uocatæ in fędera lecti:
Spectaclis potius sed inanibus, & male frugi
Pigritiæ. tantumq; mero indulgere paratos
Atq; ioco, & uacuos captantes undiq; risus.
Iam quotiens aut regifico de culmine cęli
Vagitusq; hausit primos, & inertia membra
Fusa solo domina excepit miseratus ab arce:
Aut roseo iam tum exoriens pspexit ab ortu
Aureus, & primo nascentem afflauit Eoo,
Ipse manu læta deductum ad limina regum.

Hortaturq; / animisq; replet. ipse excitat acri
Spe / dubiumq; etiam rerum incertumq; futuri.
Insinuatq; aulæ atq; inter regesq; ducesq;
Versantem / nũc diuitiis attollit opimis:
Nunc ultro fascesq; fluunt / dominæq; secures:
Purpuraq; ac missum externis de finibus aurũ /
Vndantesq; clientelæ / & fastigia rerum
Spem supra / uotumq; animi. quin aspera sæpe
Signa uirum: sæpe ĩnumeræ stupuere cateruæ
Ductantem rigidos insana in bella maniplos.
Præsertim aduerso atlantis si littore fulsit
Iuppiter / & summũ cęli mauorte tenente /
Ipsa quoq; angello quo uis arrisit ab uno
Luna / uaporifera radiorum lampade plena.
Nam neq; tũ fluuii obiecti: nec barbara claustra
Armatum tenuere / audacisue agmina Pori
Qua uia nulla ruit præceps: & fulminis instar
Victor ad extremũ ferro metit obuia gangen.
Vnus homo terris natus dare iura subactis.
At frustra ingentes iras / frustra aspra potentũ
Declines odia infelix generiq; tibiq;:
Et tantum erũnæ prima damnatus ab hora.
Herculeo quotiens ꝑnus mare / uespe sero
Natalem infecit / dum iam iuga soluere prima
Nocte parat fessus cæcis subeuntibus umbris.

Sudorem uiæ puro lauit æquoris amne,
Suspensus cura fumantum totus equorum.
Tunc animi uitia exundant ingentia iniqui,
Multiplicesq; doli: tunc felle madentia corda:
Pallentesq; artus, ægroq; in corpore febris
Assidua: & subitæ fortunæ exempla ruinæ.
Omnia quæ ut rapidi tamẽ inclementia Martis
Saturniq; auget tardum iubar: (utpote uterq;
Infandisq; hominum uitiis, lętiq; ruina)
Auertit Venus, & sancti Iouis aureus ardor.
Lunaq; partiliter positu radiata benigno.
Nec tantum auertunt, uerum & prædiuite fama
Nobilitant, censuq; beant, & fascibus auctos.
Ipse grauis, tantũq; aspectu optandus amico:
Si tamen ex imo depressæ cardine terræ
Viderit hoc cęlum tunc primũ haurire parantẽ,
Ne tibi rem tenuem, ne primæ incõmoda uitæ
Suspira puer: & meritis quod gratia nullis
Respondet quæsita. aderit sors lætior olim:
Cum te compositum iam tandem cana senectus
Excipiet, sortisq; hylarem, uotiq; potentem,
Longaq; pensantem fortunæ uulnera, lętis.
Interea damna, atq; ætatis mille labores
Disce æquis pferre animis. nec acerba parentis
Fata: nec effusi iacturam horresce peculi.

Aut contra magnũ impatiens contendere solem
Perge: animosi Euri quẽ horrent. & signa secunt
Sudumq; / pluuiæq; / & grandinis impetus acer.
Neu spera thure / & multa prece flectere posse /
Ferrea constanter seruantem pensa sororum.
Quanuis imeritos supremo tempore casus /
Graiorumq; animo miserans modo tristia fata:
Auertit terris oculos. confessaq; luctum
Signa dedit / męsta tenebrarum nocte uolutus.
Tantum oculis scelus indignatus cernere rectis.
Ergo non pietas illos / non inclyta facta /
Virtutesq; / artesq; / & cęlo cura uagata
Texerunt. cessere malis tot męnia flammis
Versa solo: tot cęlicolum templa aurea diuum.
Gensq; uirum terris / & ponto nata tenendo /
Proiecti misere fędas pauere uolucres.
Et dubitem sancti in terris nihil esse fateri?
Ipsi quos patriæ excidio sors ultima rerum
Subduxit / tumulis proauorũ auellimur heheu
Fortuna grauiore. & toto spargimur orbe
Humanæ exemplum uitæ sortisq; futuri.
Quod si non regisq; mei natiq; benigna
Cura sit / ipsa ruat diuinæ gratia linguæ:
Ipsæ artes: tantoq; uirum sacrata labore
Nomina / lethęis abeant imersa lacunis.

Illi relliquias monumentaq; sancta pelasgum
Colligere: & sæuis certant subducere fatis
Tantorum saltem decus / ingeniumq; uirorum:
Scriptaq; diuinas animi testantia curas/
Mortales supra captus / mentemq; caducam.
Præsidium soboli certum quandoq; renatæ:
Sol pater / & siquis misero deus æthere ĩ alto est
Præterea / nec cuncta carent mea pondere uota:
Hos saltem cinerum patriæ / excidiiq; misertos
Felices / iuuenemq; suis seruate patremq;
Sedibus: ĩmunes odii / indecorumq; laborum
Fortunæ. at siquid grauius pater ĩminet / in nos
Vertite: nec uita dignos / nec luminis aura.

LVNAE.

c Olles ethrusci / uosq; non ultra meas
Sensura uoces flumina /
Totiensq; dicta iam mihi florentia/
Adeste supremum rogo.
Dum pauca uobis / grata sed grati ultimo
Mandata discessu damus.
Testati amica ciuium cõmertia:
Et medicis hospicium mei.
O fida quondam tot cohors sodalium
Duri leuamen exilii:

Ego ne relictis heu miser uobis queam
Ex lia perpeti altera?
Sed fati acerba uis ferenda fortiter.
Duc hylemannos ocius.
Dum mane primus subrubet oriens nouo.
Amo ego uiatorem impigrum.
Interea amicis hinc & hinc sermonibus
Viæ leuanda incommoda.
Vel tu uirorũ fortium, aut laudes deum
Incipe. canentem subsequar. Hy.
Miles gradiuum cantat, upilio palen,
Vdus lyęum uinitor,
Cererem perustus messor æstiuo die,
Mercator undarum patrem:
Nos tot per alta nemora, p syluas uagi
Nemorum potentem deliam. Ma.
Enses gradiuus sufficit, pascua pales,
Libera lyęus pocula,
Pingues aristas flaua gentibus Ceres,
Opes pater tridentifer,
Hũc lucis haustum delia & sanctũ iubar
Lucina dicta matribus. Hy.
Leuisomna pubes nauitæ umbras tẽnite,
Temnite uiatores uagi.
At uos sub ima fugite (si sapitis) uada

Vis helluones humida.
Dum noctis atrũ delia horrorem excutit:
Et plena replet omnia. Ma.
Carpite cupita gaudia / & fructus breues
Lachrymarum amantes carpite:
Nec tu laborem differ agricola impiger /
Syluæq; lignator sciens:
Dum fratris almo delia amplexu silet:
Tenebrisq; densat omnia. Hy.
Quid tot figuras carpathi quæso senis
Miraris hospes candide?
Non est leones / non sues miraculum
Induere / non rapidas faces:
Sed hãc eandem / nunq̃ eandẽ quæ prius
Lucere cunctis gentibus. Ma.
Esto bimater / esto Bacche candide
De patrio femore editus.
Esto iuuentæ flore perpetuo nitens /
Imberbis annis omnibus.
Cũ mense semp dũ noua exurgat nouo
Totiens renata delia. Hy.
Zanclęa tellus / siue tu messenia
Mauis uocari / seu utraq;:
Ecquid tot æstus sæuientis æquoris
Vicina cum uideas freto:

Noſtræ poteſtas quanta ſit ſentis deæ
Oceani in ultima æquora?
Facunde magni Mercuri atlantis nepos,
Cui limina utraq; perula:
Ec quid nigrantis regna cum pagres ſoli
Cum lucidum unus æthera:
Noſtræ poteſtas quanta ſit, ſentis deæ,
Geminæ potentis machinæ?
Sed hæc triformi ſat deæ. nunc iter age
Ceptum ſequamur ocius.
Vias precati pſperas tamen prius
Lætam uiarum Deliam.

Finis Tertii Libri.

Michaelis Tarchaniotæ Marulli Con
ſtantinopolitani Hymnorum
naturalium Liber
QVARTVS.

AETHERI.

IAM Feſſa longa pieri nænia
i Duræq; planctu Melpomene fugæ:
Concede poſcenti ſorori

Barbiton in breue multichordem.
Dum post supremi regna Iouis bona,
Ipsumq; , & olim lucida sydera
Cantata: nunc rerum benignum
Aethera concinimus parentem.
Magnum, nec ulli auditum opus antehac.
Sed me uolentem nomina patriæ
Hortantur, attentata nulli
Antra sequi, uacuosq; saltus.
Pigetq; trita uatibus orbita
Versare cretos semine Pegasi
Currus, paternarum uiarum
Immemores uolucrisq; pennæ.
Nam quo pelasgi gloria sanguinis?
Si non futuri gens quoq; temporis
Agnoscit auditos: & ipsa
Voce probat sibi teste graios.
Verum unde primum exordia carminis
Sumenda cępti? quod medium mihi?
Quæ rebus in tantis canenti
Vltima erit quasi meta laudum?
Chaos ne cęcum prosequar, & rude
Rerum uolumen? cum mare, cum sola,
Ignesq; , & aurarum potestas
Mixta pigro iacuere aceruo

Donee malignis conditionibus
Offensus æther molis inutilis,
Leuatus in sublima mundi
Constituit sua membra rebus.
An? nunc ut udum uersus in aera
Transit figuras sumere quas uelit
Sciens: modo algentes coactus
In fluuios latices perennat:
Idemq; posto rore friabilis
Turres Cibele substinet arduas:
Idem peracto rursus orbe
Insolitos remeat uapores.
An? ut fluentis semina machinæ
Complexus æquis undiq; nexibus
Diesq;, & ætates per omnis
Versat agens, uariatq; cuncta:
Longoq; rerum commodus ambitu
Quæ pigra quondam attollit: & augmine
Fęcundat inter se iugata
Materiæ male uiua membra.
Vnde hæc perenni fonte uelut scatens
Tot sæculorum dædala copia,
Tot rerum ab excelso petita
Seminii meliore parte.
Et quæ benignos frugiferæ sinus

Telluris: & quæ stagna liquentia,
Latumq; pendenti uolatu
Aera, quæ decorant uolucres.
Nanq; ipse cunctis ut pater, & pius
Altor peregre: sic penitus domi
Ne quicquam, anhelos inter æstus
Crescere quid patiens ue oriri.
Felix abunde simplicis imperi
Nitentis una laude domestica,
Formæq; de nullis petitæ
Illecebris aliunde rerum.
Verum sequentem par uti singula
Dies uolucris, deficit interim.
Vocatq; iãdudum coruscans
Iuppiter in sua sacra uatem.
Quare precati gentibus o bone
Aether, benignum te prius (ut facis)
Lætumq;: uocalis, quod instat
Exequar, aonidum sacerdos.

IOVI FVLGERATORI.

d Icturus Iouis optimi
Laudes eximias, sume animos age
Vates, & Ioue maximo
Dignum prome chely multiloqua sonum,

Si quæris uolucrem fugam
    Annorum, & strepitus morte potentior
Amnis spernere luridi.
    Ascitus meritis pieridum choris.
O Ithomie maxime
    Sancti progenies alma hyperionis.
Quem mater genuit Rhea
    Olim fagiferis rupibus arcadum.
Quanquam mox metuens scelus
    Seruandum losiis uirginibus dedit,
Lasciuiq; pedis nedæ,
    Thisoæq; bonæ, & quæ iaculo leues
Misso figere dorcadas
    Agno docta, chori uirginei decus.
Nam cęlo solitus quia
    Natos inserere, & concilio deum
Clam consorte tori pater,
    Vesci pignoribus creditus est suis.
Nec uicinia garula
    Deerant, & famuli uaniloqum genus.
Rara sæpe adeo fides.
    Firmantes oculis singula testibus.
Ergo muneris anxiæ
    Nymphę, quas dubias hinc amor, hic metus
Angit: non sibi uirgines

Auſæ / conſiliis credere non ſuis:
In partem ſocios ſpei
Curetas / iuuenes Cnoſiacos uocant.
Curetas neqꝫ dextera
Segnes / nec uigili pectore inutiles.
Quorum multa domi licet /
Maior militiæ gloria ſplendidæ.
Ii certaminis impares /
Quod poſſunt (quid enim cõtra hyperionẽ
Mortales aliud queant) ?
Infantem uiolis tectum / & amaraco
Nymphis dant alere / abditum
Secretis latebris creteaci ſpecus.
Ipſi ne rudis artium
Vagor / conſilium ponat in irrito
Patris proditus auribus:
Armati ĩnumerum ter choreas leues
Plaudunt: ter caua cymbala
Pulſant innumerum / tentaqꝫ tympana.
Et iam lampade torrida
Fulgebat medio ſol pater æthere /
Fraudum coniugis inſcius:
Cum feſſos choreis aſſiduis ſopor
Tandem languidus occupat.
Hic omnis iuuenum effuſus abit labor.

Nanq; audita ſimul patris
Vox aures pepulit / pene ſimul puer
In fumos uolucer fugis:
Sublatus nebularum ex oculis modo.
Planxerunt facinus deæ.
Planxit creteaq; / & ſithonia niue
Licęus pater albicans.
Plangebantq; deæ / moeſtaq; cretea:
(Cuncta nox adeo premit)
Ipſe flãmiferis per liquidum aera
Purgatus radiis patris:
Qualis depoſita uere nitet nouo
Serpens pelle decentior:
Aegris iura uiris / iura dabas deis
Subnixus ſolio aureo.
Hic cum ſæua manu fulmina traderet
Venturi genitor ſciens:
His terras ait / his nate potentia
Olim concucies freta
Iratus. ſcelera his impia uindices
Titanum / & rabidas minas
Immanisq; gigæ / & purpurei trucis.
Cum cęlum manus impia
Audebit ſceleris poſcere pręmium.
Magnorum neq; enim deum /

Quanq̃ sceptra tenes / quáq̃ hominũ genus
Vnus & regis / & iuuas
Tantum flagitii aut consiliis tuis
Flectes / aut reuerentia.
Vtendum ualido fulmine nate erit.
Hoste sed tamen impigre op
Presso / & flagitii auctoribus (ut decens)
Digno supplicio datis/
Ne sæui moneo progenies mea
Vltra.ne ue puta magis
Quicq̃ & rege hominum / & cęlicolum patre
Dignum: q̃ cupere omnia
Seruare / atq; adeo ignoscere plurimis.
Iam quæ gloria fulmina
Torquenti inualidum in uulgum animis rapi?
Nec saltem lybicæ modo
Exemploq; leæ parcere segnibus.
Cum stent alta ceraunia
Inconcussa iugis: cum aeriæ undiq;
Tot quercus nemora occupent:
Vicinisq; negent roboribus diem.
Tot delubra minantia
Ipsis syderibus / tot pateant sacræ
Moles/turribus arduis.
Quis / & tela queas / & ualidam manum

Exercere, decentius
Multo uel phlegyam perdere q̃ trucem.
Illuc horrida fulmina
Torquenda. & ualidis uiribus ignium
Rumpendæ aeriæ minæ
Saxorum. ſcopulis, ut ſcopulos ſuis,
Diſiectasq; procul graues
Tot moles, ſubiti turbinis impetu
Gens mirata uirum, ſciant
Et regnare Iouem, & mittere fulmina.
Exemploq; ſimul deum
Aſſueſcant miſeris parcere ciuibus.
Quin ſi quando deum minæ
Vt fit, uis grauior ſiqua duellica
Aegris gentibus iminet.
Tunc & deciduo ſydere rem palam
Signare, & uacuum aera
Nunc ignire facis fulgure ſplendidæ
Memento; modo fertilis
In morem paleæ accendere. quam catus
Dulces ſæpe reconditas
Poſt meſſes, ſubitis agricola ignibus
Olim tradit inutilem.
Nunc alta gelidi de boreæ domo
Dirum imittere cęlitus

Omen / ſanguineæ triſte iubar comæ.
Non tu nate graues uices
Regnantum: neq; enim fas miſerarier:
Quos quandoq; animus nocens
In præceps ita aget / ſanguine ciuico
Deuotos patriis deis /
Et nullis hominum de ſpoliis minor
Argenti ſitis improba /
Nullum non licitum quod libuit nephas.
Adde pectora inertia /
Expertesq; animos & reuerentiæ
Diuum / & iuſtitiæ ſacræ /
Quæq; eſt ſancta bonis uſq; adeo fides.
Vt iam non homines magis /
Dicendi / gelidæ quam ſcythiæ horrida
Quæ dumeta colunt feræ.
Hoc ſed nate magis tam meritam nihil
Plebem miſeratus / &
Damnatos populos ſeruitio graui.
Saltem cõmonitu Iouis
Aſſueſcant lachrymas combibere ut ſuas.
Dixit: & ſubitis pater
Auertit lachrymis ora madentia.
At tu ſeu capitolii
Rupes / ſiue tenes flumina olympiæ /

Saturniq; patris iugum:
Mitis sancte precor Iuppiter huc ades.

IVNONI.

i Vnonem canimus deæ,
Iunoni meritum dicite quæsumus
Carmen. uos licet innubę,
Consors illa tori magnanimi Iouis.
Quanuis ipsa quoq; innuba
Mansisset: studium sed nimium obstitit:
Et matris pietas Rheæ.
Sæpe illi genitor, o mihi me magis
Cara, iam puerilium
Tandem desine ait. quid genus ætheris
Et iam fertilibus tori
Tempestiua bonis, languida adhuc tamen
Lassas brachia Tameni?
Et matris residens in gremio senis
Geronteia punica
Tractas, bima uelut. sunt sua singulis
Annis tempora. sunt sui
Mores. nec decuit quicquid heri, decet.
Quin iam si sapis indue
Quam gestura deum: nec pheneum polo
Præfer. aut monitis meis

Matris degeneres blanditias tuæ.
Illa non ideo magis
Aſſueto potis auellier eſt ſinu.
Materna ſed enim modo
Picta ueſte manu / ſæpe cohercitis
In nodum: aut zephyro datis /
Aut flexis tenues ordine in anulos
Per uices uarias comis
Gaudens / cęlicolum commoda negligit.
Quanuis nec leporem ſequi /
Interdum & celeres per iuga capreas:
Nec ignaua liquentibus
Stymphali tenerum merſa latus uadis
Sudorem lauere impigrum.
Et tunc forte (deum ſic uoluentibus
Fatis) nuda Eraſinus
Pellucebat aquis: quale ebur indicum
Incluſum tenui uitro:
Cum uidit ſimul hanc / & cupiit ſimul
Frater. ſed nimium tamen
Feſtinata uerens tempore non ſuo
Interrumpere gaudia:
Primis ſpem latinans diſtulit in rubis.
Donec laſſula aquis dea
Vicina poſuit ſub platano latus.

Tum uero exiliit, lupus
Ceu quondam ꝓcul aſpecta oue martius:
Aut gangetica belua
Scymnorum trepidum ſicubi nacta præ
Datorem. illa dolore diu
Amens, marmoreæ perſimilis ſtetit.
At mens eſt ubi reddita,
Et cum mente nephas ante oculos fuit.
Materno ne puella metu
Incertum mage confuſa, pudore ne:
Inuoluitq; diem nigræ
Obtentu nebulæ, & ſepta pigerrimo
Circũclauditur aere
Mortis certa. niſi pithyus omnia ex
Alto ꝓſpiciens pater
Auertiſſet atrox ꝓpoſitum deæ.
Sublatam ætheriis plagis
Solatus. nibil hic aut odio aut dolo
Admiſſum. omnia ſanguinis
Fraterni, atq; adeo plena fide bona.
Nec uero pelagi arbitro
Amphytritem aliter, aut aliter datam
Tethin oceano ſeni.
Tantum ne thalami nomina cęlibis
Demirata, aliud, ſcelus

Quã extremum / & populi flagitium leuis
Deteſtabile crederet /
Naturæ placitis non dare brachia.
An?tu inquit / rogo munere
Materno edita / non quod prior accipis
Porges grata ſequentibus:
Integro ueluti feſſula lampadem.
Fraudabisq; ſui impia
Aeui parte parens ſic tua uiſcera?
Quid?q̃ haud niſi ꝑtinus
Defectus ſterile eſt. nec numeris ſine
Virtus ſtare poteſt ſuis.
Nam ſiquis Venerẽ omnem oderit / ut bono
Quærendo hinc melius uacet:
Nec tranſuerſus eat non animis ſemel
Congreſſus paribus deæ:
Iam uirtutis iners deſeruit locum.
Nec fruſtra uidet inſpici
Naturam / & uarias ſeminii uices:
Fruſtra ſtelligeras domos
Dimotumq; procul uiſibus æthera:
Ni tanto ſtudio erutum
Vnde idcunq; libet / deniq; ſæculi
Sanctis ceſſerit uſibus,
Tantũ cõmoditas publica habet boni. m i

Hæc quanuis hominum tamen,
    Quos terrena grauant nubila pectoris,
Nam quis quæso ferat deum ae
    Ternum, aut iustitia quærere prodita
Virtutem: aut medium nisi,
    Si quicquam modo sit, credere quod decet?
Sic fatus, gremio pater
    Impostę, oscula libauit. & ecce iam
Germanus quoq; uenerat:
    Facturus thalamo criminibus satis.
Torue quem licet intuens,
    Sensit nescio quid plus solito tepens
Imis pectoribus dea.
    Sed nondum tamen aut humor abit genis,
Aut suspiria pectore.
    Quæ longe radiis pulsa pater suis
Inuentos animat leues
    Paulatim: & uarios distribuit locis.
Illi ortus memores sui
    Circũstant dominam nunc quoq; seduli:
Siquando uarias Iouis
    Plorantem insidias, furtaq; uiderint.
Quanuis plurima dissident.
    Nec mens omnibus, aut consilium est idem,
Nanq; hic æstifero die

Excitus / lachrymas nubilus aggrauat.
Ille durior ingeni
Solaturq; deam / & nubila discutit
Frontis: aut lachrymas gelat
Grata fulgidulis uirginibus niue.
Pars ipsi pelago grauis/
Per quod uecta suo sidonis est boue:
Ipsis multiparæ solis
Terræ / semina quæ / & materiam nouis
Blanda nutrit amoribus:
Aut flabris iuit: aut præcipiti omnia
Sternit grandinis agmine:
Et fędam illuuiem nube rotat caua.
Męrent prataq; roscida
Vastata: & nemorum strage uirentium
Passim squalida stant sola.
Ipsi nunc humeros / nunc latera ardua
Pulsati aerii undiq;
Montes / uix capiti pestiferam luem
Defendunt dubii geli.
Impexam laceri sic quoq; non semel
Menti canitiem hispidi:
Et collo positam multiiugo comam.
Salue maxima cęlitum
Iuno sācta / eadē digna Ioue optimo

Coniunx, atq; eadem soror.
Humanũq; genus (quandoquidem omnium
Pollens) tum pecus, & sata,
Et stirpes, facilis lætaq; sospita.

OCEANO.

q Vo te ꝑfundi rector Oceane æquoris
Rerum pater sanctissime,
Quo carmine inquã nunc mihi? quibus uocem
Gratus camenarum sonis?
Impar, tot olim soluar in linguas licet:
Quot ipse in alta flumina.
Verum nec ipsi uisa cęlitum patri
Indigna baucis hospita.
Cum supplicarent plurimi passim aureo
Cratere, & extis pinguibus.
O quadriformis machinæ altor unice
Seu fonte iugi ꝑfluis,
Ipsisq; terris editus, terras alis
Gemino coercens ambitu:
Stagnante nutris cuncta seu potius uado
Tot sæculis tamen manens.
Nec te pusti minuit aut feruor soli,
Diuesq; arenarum ęthiops:

Aut ipſe ſanctis paſtus æſtuariis
 Aether, tot ignium face.
Nam quid Carybdis impias dicam minas?
 Auſisq; Rhoethi par ſcelus.
Cum bis reſorbens cuncta adhuc tegẽs fretum,
 Bis nereo extrema minitans.
Non ante uiſa tot ætheri oſtendit ſola.
 Iam pene uotorum rea:
Ni tertio hauſtu faucibus patentibus
 Inſtar laconici ſpecus,
Miſſo tridente guttur horrendum feræ
 Fixiſſet æquoris arbiter.
Illa & dolore percita, & rabie ſua:
 Hoſtem acrius contra mouens,
Hauſtumq; pontum euomuit, & telum ſimul
 In ora bellantis dei.
Quod ni canoræ buccinæ obiectu patrem
 Triton obumbraſſet citus,
Inſignis ille clade funeſta dies
 Neptunno, & undis fulſerat.
Tunc fama primum cognitum littus ſalo,
 Viſosq; Nereo margines.
Nam ſæua pugnæ damna præter aſperæ
 Grauauit & Tethys malum.

Quæ clade mõſtri territa inopina noui,
S:biq; iam timens dea,
Vaſtis aquarum ſepta circum molibus
Terrarum in ima fugerat.
Nam mox maritæ & ipſe Neptunnus prece
Quanquam repreſſa belua.
(Quid non uenena uxoria atq; artes queunt)
Huc uim liquentum tranſtulit.
Locumq; Phębo cuncta turbandi dedit
Amore terræ ſaucio:
Seu mallet æquor rape, ſeu corrumpe
Flammis puſtum torridis.
Donec tot ægra patrui Phębe malis:
Poſtquam monendo haud ꝓficit,
Conuerſa in iras ecquid, & nos contra ait
Artes ualebunt pellicis?
Quod niſi alienis abſtinet frater manus,
Sciet eſſe non uni iecur.
Non ſic ꝓphana, ſacra, miſcuit dies,
Errorq; longus cęlitum:
Vt ipſa quoq; iam regna ſaturni ſenis
Cedant ꝓbroſis noctibus.
Sic fata, aquarum concitabat agmina.
Rogantia ultro, ut duceret.

Tantum impotentis imperi Phębus sibi
Odiiq; & iræ fecerat.
Sed uetuit ultra carpathi pcedere
Prudens futurorum senex.
Virtute multum qui ducis p tempore
Sermone laudata graui:
Iussisq; posthac fluctibus meritam optime
Quocunq; phęben subsequi.
Olim hæc deorum debita docuit omnia
Fatis moueri nesciis.
Neq; enim uel aras aliter æternis deis,
Vel thura sperandum pia,
Meritisq; tandem uictimas dignas suis,
Longis dierum anfractibus.
Quin te quoq; inquit uersus ad ducē, manent:
Manēt honores debiti.
Potensq; deli dicta, non tamen potens
Deli fereris unius.
Hæc ille, & altum desilit in æquor senex.
Parentibus cunctis deo.
At tu beate Oceane, pars rerum optima,
Idem creator omnium,
Idem altor: adsis dexter, & precantium
Benignus exaudi preces.

e XTREMA Eſt dea terra / mihi quoq; iure canenda
Vltima: ſed meritis quæ primos æquet honores.
Turriferens / fęcũda / potẽs: quã nomine magnæ
Sacrarunt ueteres adyto monſtrante parentis.
Siue q̃d inde hominũ gnauũ genus / inde ferarũ:
Quæq; uirent campis herbæ: quæq; ardua ſyluæ
Taygeta / horrentisq; tenent pineta lycęi.
Vnde animale genus generatim uiuit adauctum
Siue q omnia cũ interdum mortalibus ægris
Iraſci / atq; modo ſoleant furere acta nouercæ:
Vna pios tenet affectus ſine fine parentis /
Indulgetq; ſuis. una exagitata quieſcit:
Scrutandosq; ſinus impune / & uiſcera præbet.
Vſq; adeo ſcelera interdũ leue ferre ſuorũ eſt.
Quanuis utiliter ſtygio tegat illa baratro
Plurima / materiem tantarũ haud inſcia cladum.
Hinc neq; deformes iunxerunt curribus urſos /
Nec grege de molli capreas / ceruosq; fugaces:
Sed fuluis horrenda iubis generoſa leonum /
Colla q egregiis quantum quiſq; eminet auſis
Aequius hoc debet ſeniũ graue ferre parẽtum.
Nam biiugis inuecta / nihil niſi uincula bina

Aurarumq; profundarum / laticisq; liquentis
Significat terras / atq; inter lucida templa.
Quis înixa ſuo medio eſt. neq; pondere preſſa
Deſinit a fuſo circum pendere ligatu
Vndiq; flammarum ſpaciis diſtantibus æque.
Nec uero ſine conſilio cauſaq; potenti /
Omniparæ ſteriles matri ſeruire cateruas
Crediderim. neq; enim curã gerat ille parentum.
Interea ſtimulis / utroq; agitatus amoris
Siquis: & ingratos qui ponere neſciat ignes.
Adde ꝙ ut ſupos / ipſos quoq; ſola parentes
Delectant pura: a ſupis / qui ꝓximus ordo eſt.
Adde ꝙ officium natis præſtamus alendis
Noſtra ſpõte bona: quis. n. hoc dubitauerit unq̃?
Nec niſi naturæ memores plerunq; nouercæ.
At matri quæcunq; / accepta rependimus ante.
Ingrati ꝑſus / nec uitæ munere digni:
Siquos ꝓgenies / ſpataq; cura nepotum
Vbera q̃ matrisq; piæ ſtudiumq; fidele
Plus mouet / & decimũ in menſem tolerata picla.
Ante repentino cęli q̃ territus hauſtu
Vagiat ætheriam in lucẽ nouus editus infans.
Cũ ꝓiectus humi nudus iacet / indigus / exſors
Auxilii / infirmuſq; pedum / infirmuſq; palati.
Atq; uno non tantum infelix / ꝙ ſua damna

Non capit: & quantum supat pferre laborum.
Et dubitem charis debere parentibus omnia?
Aut aliud totq; ęra putem crepitantia uelle
Aeribus / armatasq; manus & cymbala circum?
Quam partes armis / maternaq; iura tuenda
Nullius in nostras admissis uocibus aures.
Quid q; oaxeis contectus Iuppiter antris/
Ereptumq; patri ius / & tam pmpta iuuentus
Curetum contra saturni regia iussa:
De plano monet / interdum uel morte parata
Tormentisq; / piæ matris cõmissa tegenda.
Tantus honor sancti / reuerẽtia nominis hæc est.
Ipsum quo rectorem etiam appellare deorum
Nõ piget / atq; hominũ magnũ usurpare parẽtẽ.
Verum quid iuuat eximie iam uocibus uti?
Si pia tam fędis sceleramus nomina factis.
Turbamusq; malis inter nos quæq; rapinis
Partiri cõmunem ausi p uulnera matrem.
Hinc uersum phas / atq; nephas: scelerataq; bella
Inuasere. tenet furor exitialis habendi /
Luxuriesq;. nec impii spe turbidi inanis/
Cessamus placidam gentis turbare quietem.
Immemores eadem in terra mox esse cubãdum
Omnibus: assueta ducibus cõfundere egenos.

Affectuq; pari natos quoſcunq; fouere
Materno exceptos gremio ꝑ ſæcula longa.
At tu magna parens (quãdo oĩs adẽpta quietis
Spes aliter) iã tãdẽ adſis. & nos quoq; humatis
Adiice, tot duros genitrix miſerata labores.

FINIS.

Impreſſit Florentiæ Societas Colubris VI. kal.
Decembris. MCCCCLXXXXVII.

QVAE Emendanda in Epigrãmatis.

B.vi. Versus ĩcipit Ipse ego. Cõspecta cũ rigeam. Tu sic emendato. Cũ uisa dirigeam.

Ibidẽ. Vers. ĩcipit Puella	Dilicatior	Delicatior
B.viii. Vers. ĩcipit Fulxerit	Fulxerit	Fulserit
C.ii. Vers. ĩcipit Eiectum	Expetisset	Petisset
Ibidẽ. Vers. ĩcipit Posthume	Disipere	Desipere
C.iii. Vers. ĩcipit Hic quia	Quæritur	Queritur
Ibidẽ. Ver. ĩcipit Quid mirare	Pectore	Tempore
C.iiii. Vers. ĩcipit Et querulũ	Ore	Orbe
C.v. Vers. ĩcipit Accius	Accius ĩuidiã:	Accius: ĩuidiã
C.vi. Vers. ĩcipit De puero	Quodam	Quondam
C.vii. Vers. ĩcipit Et pasis	Pasis	Passis
D.i. Vers. ĩcipit Vultibus	ꝙ	Qui
D.ii. Vers. ĩcipit Quæque	Pasos	Passos
D.iii. Vers. ĩcipit Creta	Libyę, partus	Libye, parthus
D.iiii. Vers. ĩcipit Et quanuis	Quanuis	Quantus
D.v. Vers. ĩcipit Ille iræ	Agendum	Agedum

D.viii. Vers. est Nõ quæ de dominæ nomine dicta deæ est.
Subiiciantur statim hi duo uersus.
Non salamis: nõ clara suo rhodos aurea Phębo:
Aut ius, aut pharii fertilis ora soli.

Ibidẽ. Vers. ĩcipit Obscula	Obscula	Oscula
Et iterũ Ver. ĩcipit En iubet	Quod	Quid
E.i. Vers. ĩcipit Vox patria	Illo	Illa

E.ii.	Verſ.ĩcipit Abſtulit	Ora	Hora
Ibidẽ.	Verſ.ĩcipit Dicere	Marcen	Malcen
E.iii.	Verſ.ĩcipit Fędus	Quini?	Quidni?
E.iiii.	Ver.ĩcipit Lingere	Ecnomuſ ipſe	Ecnomus:ipſe
E.v.	Verſ.ĩcipit Peculiari	ἀκαίθοιο	ἀκαίρϑο
Ibidẽ.	Verſ.ĩcipit Sæuo	Peruſi	Peruſſi
Et iterũ	Ver.ĩcipit Tercẽtena	Teſtituit	Reſtituit
E.vi.	Verſ.ĩcipit Tuſa genas	Tuſa	Tunſa
Ibidẽ.	Verſ.ĩcipit Iam	Laceſcis	Laceſſis
Et iterũ	Ver.ĩcipit Cum	Recumbans	Recubans
E.viii.	Verſ.ĩcipit Quid	Seperatam	Separatam
F.i.	Verſ.ĩcipit Quem nunc	Quem	Quæ
F.iiii.	Verſ.ĩcipit Ipſe	Patereus	Patareus
F.v.	Verſ.ĩcipit Scire	Teleſilla	Teleſillæ
F.vi.	Verſ.ĩcipit Obſcęnæ	Vulturis	Vulturii
G.i.	Verſ.ĩcipit Lituſq;	Fretum	Foetum
G.iiii.	Verſ.ĩcipit Nunc	Diſcidi	Diſſidi
G.v.	Verſ.ĩcipit Nanque	Nanq; nobis	Nam nobis

QVAE IN HYMNIS.

H.ii.	Verſ.ĩcipit Quem non	Non nulla	Non ulla
H.v.	Verſ.ĩcipit Vltimas	Lybiamque	Libyamq;
H.vi.	Verſ.ĩcipit Vtrunq;	Vtrunq;	Vtcunq;
Ibidẽ.	Verſ.ĩcipit Das leges	Oplo	Polo
H.vii.	Verſ.ĩcipit Aeue	Aeue	Aeuoe
I.i.	Ver.ĩcipit Seu belſicoſę	Belſicoſæ	Bellicoſæ
I.ii.	Verſ.ĩcipit Chaos	Multiuolum	Multiuolum

Ibidẽ.	Titulus Hymni	CAELO	COELO
Et iterũ	Ver ĩcipit Cuncta	Varie	Variare
I.v.	Verſ.ĩcipit Hunc def	Hunc	Nunc
I.vii.	Verſ.ĩcipit Sic pirma	Pirma	Prima
Ibidẽ.	Verſ.ĩcipit Pęan	Aetetnum	Aeternum
I.viii.	Verſ.ĩcipit Donaq;	recinisſe	Cecinisſe
Ibidẽ.	Verſ.ĩcipit Prima	Citheræ	Cythere
k.iii.	Verſ.ĩcipit Nocte	Soſpitis	Sopitis
Ibidẽ.	Verſ.ĩcipit Aduectante	Aduectante	Aduentante
Et iterũ	Ver.ĩcipit Armorum	Armorum	Annorum
k.iiii.	Verſ.ĩcipit Vnde	Accedere	Accendere
k.vi.	Verſ.ĩcipit In ſcelus	Nectare	Nectere
k.viii.	Verſ.ĩcipit Sudorem	Sudorem uiæ	Sudorẽq; uiæ
L.ii.	Verſ.ĩcipit Facunde	Ma. pſona poetę prępona͂	
L.iii.	Verſ.ĩcipit An ut	Femina	Semina
L.iiii.	Verſ.ĩcipit Quanquam	Quã͞q mox	Mox q͞uis
L.vi.	Verſ.ĩcipit Plebem	Miſeratus	Cõmiſeratus
Ibidẽ.	Verſ.ĩcipit Aſſueſcant	Combibere	Ebibere
L.viii.	Verſ.ĩcipit Primis	Latinans	Latitans
M.v.	Verſ.ĩcipit Adde ꝗ off.	Alendis	Habendis

Si qua prȩterea nactus fueris Lector diligens emendato.

A.M.A.





